

137. Inscriptio haec exstare dicitur in Schedis Petri Andreae Andreinii Patricii Florentini in Museo Mediceo. Adlata rubrica: *In Terra Galeatae* etc. hic tollenda est, & praeponenda lapidi, qui sequitur num. 138. hic enim lapis, ut in Gudianis adnotatum, exstat *in Terra Galerae* (lege *Galeatae*) Hanc transpositionem, me inconsulto, & ab urbe absente, patravit Typographus: quod heic loco propinquiore monendum censui.

*Sequens Inscriptio Florentiae exstabat, ex vetusto Codice Bibliothecae Stroziae; hodie vero non reperitur.*

139

L . M A M I L I V S

L · L · FAVSTVS · SEVIR · AVG ·

L · MAMILIO · L · F · ARN · MODESTO

SELECTO ET DECVRIONI

VIVOS · SIBI · ET · LIBERTIS · SVIS · FECIT

L · MAMILIO · EPINICO · SEVIR · AVG ·

L · MAMILIO · ACTIO ·

CALLITYCHENI ·

L · MAMILIO · FAVSTO ·

L · MAMILIO · EVTYCHO ·

MAMILIAE · PYRALLIDI

139. Mamiliae familiae originem indicat Festus his verbis: *Mamiliorum familia a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat.* Meminit Livius Lib. III.

R

L. Ma-

L. Mamili, qui quum esset Tusculi Dictator, Romanis auxilium tulit, quum Capitolium ab Herdonio teneretur. Eandem familiam in Florentinorum Colonia claram fuisse, docet hoc marmor, in quo Mamili e libertis orti, inter Sevros Augustales, Selectos, & Decuriones recensentur. Iam Florentinos antequam ex Augusti beneficentia in Scaptiam Tribum transfirent, in Arnienfi sive Arnensi Tribu, quam ab Arno Etruriae flumine dictum docet Livius Lib. VI. ius suffragii habuisse, adlatis illustratisque vetustis lapidibus, supra ostendi pag. 28. & 29. In eadem Tribu Clusinos censos fuisse adnotavi in Par. II. pag. 409.

140

D	.	M
T	.	FL · HYLLO
FL	.	EPAVXESIS
	.	F I L
P I I S S I M O	.	Q V I
V I X	.	A · XIX · MENS · XI

141

D	.	M
FL	.	AQVILIO
	.	H E D O N I
	.	CANDELABRARIO
V I X I T	.	AN · XXXIII
M E N S	.	IV · D · X

141. Numquam in vetustis lapidibus me legere memini CANDELABRARIUM vocabulum. Candelabarius is erat qui candelabra aurea, argentea vel aerea, vel etiam marmorea ac lignea, quorum meminit Cicero in Verre, artificiose faciebat. Candelabrorum multiplex usus fuit in templis Deorum, in sacrificiis, in balneis, & in tricliniis. Caput testamenti M. Meconii Leonis, quod adfert Fabrettus Inscript. Cap. V. pag. 404. n. 306. memorat CANDELABRA ET LVCERNAS BILYCHNES, quas arbitrio Augustalium Reipublicae Petelinorum dedit vivens ad ornatum & commodum tricliniorum, quo faci-



facilius Augustales strationes publicas, (ita in marmore legitur) nimirum stationes suas obire possent. Candelabrum aereum elegantissimi operis, & quidem praealtum, vidi in Museo Nobilium Comitum Ansideorum Perusiae, quo nihil pulchrius, nil praestantius ars potuit effingere. Si quis Candelabrorum usum in sacris, quemadmodum & lucernarum, originem ab Aegyptiis manasse arbitretur, Isiacae mensae, in qua candelabra sculpta sunt, auctoritate uti poterit. Sed de his alibi opportunius. Exstat in Museo Magni Ducis Etruriae candelabrum aheneum optime sculptum, altitudine aequans fere duos pedes, ita inscriptum in basi: Μ. ΑΓΡΙΠΠΑ Ο ΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. Sed inscriptio *videtur* manifeste aperit: nam Graeci auctores scribunt ΑΓΡΙΠΠΑΣ, non vero ΑΓΡΙΠΠΑ.

*Florentiae in Aedibus C. V. Joannis Baptistae Donii, ex eius Schedis autographis; sed lapides hodie desiderantur.*

142

D	·	M
TI	·	CLAVDI
FLORENTINI		
NARCISVS		
L I B	·	E T
F R A T E R		
B	·	M
	·	F

143


A	N	T	I	S	T	I	A	E
L	·	L	·	T	H	A	I	D
ANIMA		SVAVISSIMA						
		H	A	B	E			
BENE		BALEAS		QVISQVIS				
ES		QVI		ME		SALVTAS		

143. HABE. hoc est HAVE BALEAS. i. e. VALEAS. Sexcenta in vetustis lapidibus exempla occurrunt frequentis mutationis V. in B. uti etiam

R 2

N in

N in M. Labet adferre exemplum in sequenti lapide, ni fallor, ad hoc usque tempus inedito, qui Romae in via Salaria inventus est anno MDCCXXII.



Agathopi Augusti Liberti *Invitatoris* sepulcralem titulum dedimus in Par. I. pag. 195. num. 8. *Invitatore* servum, eundem esse censuit Carolus Datus Patricius Florentinus, ut diximus, ac *Vocatore*, quem & *Nomenclatore*, quasi nominum calatorem veteres dixerunt, qui nomina eorum qui vocati erant, recitabat. Servi *Invitatores* ad nuptias, & ad cenam in sacro Evangeliorum Textu memorantur. *Invitatores* primum locum tenebant inter *Officiales* ad usus *Scrini* deputatos, qui in leg. ult. Cod. de divers. officiis recensentur: *Item scrinii sacrorum libellorum sic, officii virorum Magistrorum militum utriusque Praefecti Orientis & Illyrici, INVITATORVM,*  
Ad-

*Admissionalium, Memorialium, omniumque Paedagogorum, Cellariorum, Mensorum, Lampadiorum. etc.* legendum videtur *Lampadariorum*, auctoritate antiqui marmoris penes Fabretum Cap. IV. pag. 307. num. 309. in quo ARAPS CAES. N. SER. PECVIARIS LAMPADAR. hoc est *Lampadarius*, nominatur. De his vide Pignorium de Servis pag. 127. & 128. Aliud tamen est officium *Lampadariorum* ad usus scrinii, de quibus Bulengerus de Imperat. Romano Lib. II. Cap. XXVI. aliud eorum qui facem & lampada Imperatori noctu iter argenti praeferebant. Ibidem etiam eodem anno inventum est hoc epitaphium, quod utpote ineditum, praeterendum non est.

D

C

M

IVNIAE EVTICHIAE M · IVNIVS

DECIMIANVS FILIVS ET

M · CLODIVS CANDIDVS MARITVS PRO PARTE DIMI

DIA FECERVNT ET SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQ.

SVIS POSTERISQVE EORVM

ITEM

ANTONIA RHODINE PRO PARTE DIMIDIA FECIT

SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE

EORVM PRO PARTE SVA EX SARCOPHAGIS DVOBVS


si QVE SVNT IVRIS EIVS DONAVIT CLAVDIO

LEONIDI MARITO SVO VNVM QVOD EST PARTE DEX

TERIORE ITA VT IN EO CORPVS EIVS PONI IVSSIT

Marmorea ara superne fracta, inventa in Aedibus Leonardi Augustini Antiquarii Celeberrimi; ex eius autographo in Codice Bibliothecae Stroziae.

144




144. Aliarum inscriptionum exemplo & auctoritate, quae in capite desunt, ita supplenda sunt. LARIBVS · AVG · h. e. *Laribus Augustis*. Leonardi Augustinii patria Senae fuerunt: sed quum Romae per plures annos degisse constet, potius Romae inventam fuisse hanc aram, quam Senis, credendum est. Quum Romae degeret Augustinius pretiosa antiquitatis cimelia undique conquisivit, quibus aucta est Medicea Gaza, iubente Serenissimo Card. Leopoldo Medice, & nullis impendiis parcente.

Flo-



*Florentiae, ex antiquo Codice Bibliothecae Nobb. Gaddiorum,  
hodie non invenitur.*

145



145. Habes hic Ossuarii schema, in quo ossa, & cineres defunctorum componebantur, quamvis diversum sit ab his, quae adfert Fabrettus Cap. I. Inscript. pag. 16. num. 69. & 70. Cineraria quoque quadrata fuisse, ex eorum iam adlata descriptione in Parte I. huius operis, pag. 226. & 227. colliges. In his OSSVA ET CINERES, uti docet vetustum marmor penes Fabrettum Cap. III. pag. 201. num 492. in unum coniiciebantur. In sepulcrali titulo penes Vignolium inter Selectos pag. 276.

P H I L A R G Y R V S

C H R Y S A R I O N I

O S S V A R I V M D E S V O

D A T

Cn. Acceium Felicem, Libertum fuisse arbitror.  
Cn. Acceii Rufi Lutatii, qui fuit Duumvir Coloniae Florentinorum cum T. Petillio, quorum mentio

tio in vetustissima Tabula, quam protuli in Parte I. pag. 316. n. 34. Pullarii officium fuit, e pullis, quos alebat, in cavea adlatis educisque, ubi oportebat, auspicia secunda vel adversa nuntiare. Cicero de Divinat. II. 34. *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur PVLLARIVS*. De his cum plena sint Lexica, multa notatu digna congerit Pitiscus, ad quem lectores mittimus. Omnium vero luculenter de his Gisbertus Cuperus, qui ad monumenta antiqua pag. 199. & seqq. differit de Pullariis, notatque cum Reinesio Cl. VI. Inscr. XXXVI. Augures Pullarios in unaquaque Legione Romani exercitus fuisse, itemque VIATORES PVLLARIOS.

Pulcherrima est, & ad hunc diem, in quo scribo, nondum edita, haec inscriptio in Agro Romano inventa hoc anno MDCCXXXIX., in qua ossuaria nominantur, & ne violentur, orant defuncti. Existat in Museo Cl. V. Francisci Ficoronii, qui exscripsit, & ad me statim perhumaniter misit.

PER DEOS SVPEROS  
 INFEROSQVE TE ROGO NE  
 OSSVARIA VELIS VIOLARE  
 M · CALPVRNIVS · M · L · SVLLA  
 CALPVRNIA · M · L · FAVSTA LI  
 B E R T A

Dirae non raro in sepulcralibus titulis contra violatores notantur. In Urnula Musei Suburbani Strozii

zii ita scriptum: OLLA. EIUS SI QVI OVVIOLARIT.  
AD IFEROS. ( sic ) NON. RECIPIATVR.

*Florentiae: nunc desideratur.*

146

<p>IGILIAE · FLAVIAE PIISSIMAE · CASTISSIMAE · FEMINAE L · IGILIVS · SEX · F · ARN · MILO · EQ PVBLIC · CONIVGI · SIBI · ET · SVIS · FIL FECIT · ET · IGILIAE · FLAVIANAE · MA TRI · DVLCISSIMAE · BENEMERENTI P O S V I T</p>
--

*Florentiae, penes DD. de Gentilibus.*

147

<p>OTACILIA M · L · HILARA MATER · VRBANI</p>	<p>v C · OCTAVIVS C · L · VRBANVS PATER RVFI</p>
---	--

147. Hic titulus ante duas ollas cinerarias in monumento positus, scriptus est litteris pulcherrimis, qui non redolent Oraciliae uxoris Philippi Imperatoris aetatem, sed longe superiorem, forsitan, ut auguror, Augusteam. Ex Otacilia familia clari genere & munerum dignitate viri non pauci prodire, quos recenset Glandorpius. Illa littera v ante C. OCTAVIVS, indicat eum viventem, quum sepulcralem titulum sibi posuit.

S

12

*In Bibliotheca Nobb. de Panciaticis exstat anaglyphum marmoreum  
Faesulis effossum, in quo nex Priami sculpta est; in ara  
vero in qua idem Priamus iugulatur, haec  
epigrapha legitur.*

## 148 AVRELIA SECUNDA

SE VIVA FECIT SIBI ET SV

I S

*In Museo Marchionis  
Riccardii.*

*Florentiae, in Aedibus Nicolai  
Busnii, in Viciniis S. Crucis.*

149

150

D · M

TESSIAE · TESSIANAE  
EVTACTVS · ET · THISBE  
PARENTES · FILIAE  
DVLCISSIMAE  
QVAE · VIXIT · ANNIS  
IIII · M · X · D · II  
H · III · FECERVNT

D · M

RVSTICIANAE  
FELICLAE · QVAE  
VIXIT ANNIS XVII ·  
MENS · VII · DIEB ·  
XIIII · DIONYSI  
VS CONIVGI  
B · M · F ·

149. Postremo versu auctior hic titulus sepulcralis exhibetur ex Marquardo Gudio pag. CCXLV. 7. qui integrum vidit, vel a docto viro exscriptum accepit. Mutilum dedimus in Parte I. huius operis pag. 87. num. 13. uti hodie in Museo Riccardio exstat.

150. Hodie non exstat hic titulus; eum tamen descripsit in suo Codice, quem vidi, Baptista Brunelleschius Florentinus, Petri Zenobii filius, qui floruit initio seculi XVI. qui quum fuerit antiquita-  
tum




tum omnium diligentissimus indagator, inter Florentinos, de antiquitatis studiis optime meritos, adnumerandus multa cum laude est. Ex hoc innotescit Rusticiania familia, inter priscae Coloniae Florentinorum recensenda.

*Quae sequuntur, septem abenea sigilla, exstant inter Cimelia V. Cl. Dominici Mariae Mannii.*

151



152



153



154



155



156



*In sigillo, quod S figuram refert.*

157



151. Prioris sigilli singularia. VT F. ita explicantur: VTERE FELIX. vel VTERE FELICITER. Haec adclamatio plerumque ab opificibus fieri solebat, absoluto opere, eademque adhibebatur in Saturnalibus, in quibus invicem dona sibi mittebant Romani. Eadem sculpta in ara, quae Romae nuper effossa est. Additum etiam AMPLIORA FACIAS. MELIORA DEDICES. FELICITER. Interdum etiam scriptum: VTERE FELIX. MVLTVS ANNIS. ET FAVSTE VIVAS. Verba VTERE FELIX, faustae adclamatio-

nis, bonique omnis gratia dici solebant quum sponsae sponſis nuptui tradebantur. Ea scripta sunt in antiqua Gemma Medicei Musei, in qua sponsus & sponsa ob fidem conjugalem iunctis dextris exhibentur, quam vide in Parte I. Tab. X. n. III. pag. LXVIII.

In altero adlato n. 154. A. indicat nomen Libertii, qui fuit Dispensator in domo Augusta. A. AVG. N̄ D. hoc est: A. *Augusti nostri Dispensator*; vel *Dispensatoris*. Meminit Suetonius Diomedis dispensatoris Augusti, in eius vita c. 67. Meminit Diodorus Lib. XXXVI. Athenionis Cilicis, qui ducentis servis praefuit. Hinc discimus Libertos quoque, qui officio dispensatoris in domo Augusta, vel etiam in privatorum domibus fungebantur, usum sigilli obſignatorii habuisse. Fuisse dispensatores variis officiis ac muneribus destinatos, edita vetusta marmora & Scriptorum testantur. De his nonnulla observavi ad Columbarium, sive Monumentum Libertorum & Servorum Liviae Augustae & Caesarum pag. 180. & 181. De origine usuque huiusmodi sigillorum egregie disserit vir mihi amicissimus, & eruditae antiquitatis consultissimus Dominicus Maria Mannius, in Florentino Seminario Etruscarum Litterarum Professor, qui multa cum nominis sui laude sequioris aevi plena eruditionis fruge sigilla editis iam voluminibus luculenter explanavit: quam spartam, quum in me iam recepissem, in eum libentissime transtuli.

Age vero, quum adclamationum, quae in aereis sigillis occurrunt, paullo superius mentionem fecerim; non iniucundum fore heic arbitror, si adclamationes quoque recenscam, quae in Gemmis leguntur; quae quum in Florentinis Dactyliothecis adſerventur, eas praeterire consentaneum non videtur. Primum proferam Gemmas Graecis litteris, mox Latinis insculptas.

*In Medicea Dactyliotheca.*

*In Iaspide nigro, litteris albis  
exstantibus inscripto.*  
158

A C T E P I A  
Z H C A I C A C  
I K A Λ Ω C

*In Sarda.*

160

X I O N E  
X A I P E

*In Granato Orientali.*

161

Φ I Λ Ω N

*In Iasp. Chalc. manus au-  
rem tangens.*

162

M N H M O N E T E

163. *Hoc est: Magnum nomen solius Domini Dei:  
hoc est: Mitbrae.*

*In Iaspide Heliotropio, in quo sculptus Mimus Antiochenus ursum saltantem exhibens.  
In altera vero facie Fortuna, dextera navis gubernaculum, sinistra copiae cornu tenet.*

164 E T T V X I M A P K E Λ Λ E  
E I P H N H

165 *In Chrysolito.*

TI·IVLIVS AVG·L  
PHILOMVSVS

*In Iaspide nigro, similiter  
scripto.*  
159

M A K A P I  
M E Λ I A T  
T I K O N

*Heliotropio insculptus vir se-  
minudus, aperto capite pileo-  
to, sans columnae innixus,  
signum in manu tenet cum  
imaginibus Solis & Lunae et  
pertinet ad Basilidianorum  
segmenta.*

163

M E Γ A  
T O O N O  
M A T O T  
M O N O T  
K T P I O T  
Θ E O T

A T E E I T T X H  
A N T I O X E Ω N

166 *In Iaspide.*

T F  
A B A S C  
A T I

*In*

167 *In Iaspide rubro.*

N A E V I A  
C L E M E N T I N A

168 *In Iasp.*

V E R E C E R Y L  
V N D V S L A E S

169 *In Iasp.*

170 *In Sardae.*

A P H P O D I Z I  
V S · G E M I N I A  
P A N C A R P E

171 *In Iaspide rubro.*

V L P I A  
B E N E R I A

Alias Gemmas, ut aiunt, litteratas, editas a me vide in Volumine secundo Musei Florentini pag. XXXIV. & a Tab. I. usque ad Tab. XXIV.

*Florentiae, in Aedibus March. Nicoliniorum prope Nobb. Paëtios.*

172



172. Rur.



172. Rursus heic proferre eximium hunc lapidem, in quo fabrilia negotiantis Materiarii instrumenta, sculpta sunt, inter quae locum habet ascia ad materias dedolandas, operae pretium visum est; quia in instrumento illo, quod post reliqua subiectum est, scriptum habetur PAL quae litterae P. ALFII nomen indicant, non vero PAT, quemadmodum perperam a me editum fuerat in Parte I. harum Inscriptio- num pag. 277. num. 1. Id ut animadverterem indicavit vir Eruditissimus Carolus Frederich Armiger Anglus, qui delineandum curavit, me monente, & schema obtulit doctissimo viro Domno Abbati Didaco Revillas, in Romano Archigymnasio Matheos Professori, a quo de antiquo Romanorum pede, & de veteri milliario, praeter alia luce dignissima, Commentarium exquisita eruditionis fruge refertum paratur. Perspicuum hinc est veteres artifices in praecipuis suae artis, sive negotiationis instrumentis, nomen suum scribere, vel indicare consuevisse. Fabri Materiarii in unico tantum lapide, quem sub iocio, fit mentio in Gruteri Thesauro pag. DCXLII. 6.

D	.	M	.	S
F	V	L	V	I
V	I	V	S	.
L	.	F	.	Q
V	I	N	.	V
I	N	.	S	V
S	.	I	N	.
S	.	V	O	S
V	I	X	I	T
A	N	N	.	X
L	.	X	L	V
I	.	M	.	E
R	.	O	.	B
R	.	B	.	R
M	.	E	.	R
A	.	R	.	O
B	.	M	.	F
E	.	F	.	E
C	.	H	.	S
H	.	S	.	E
S	.	T	.	T
T	.	L	.	L

In septima linea vitiose exscriptum videtur ME-ROBR. Forsitan MEROPE: quod si ita restituatur, haud ineptum videtur.

173. Rurfus etiam heic adferre lubet exemplar minoribus litteris scriptum honestae missionis, & civitatis datae ab Imperatore Servio Galba militibus

173

SENGALBA IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS  
 PONTIFEX MAX TRIB POT COS DECI  
 VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN LEGIONI  
 I ADIUTRICE HONESTAM MISSIONEM ET CIVI  
 TATEM DEDIT QVORVM NOMINA SVBSCRITA  
 SVNT IPSIS LIBERIS POSTERISQVE EORVM  
 ET CONVBIVM CVM VXORIBVSQVAE SVNG  
 HABVSSENT CVM EST CIVITAS IIS DATA ANT  
 SI QV ICAE LIBES ESSENT CVM LISQVAE POSTER

DVXISSENT DVN TAXATIS IN CVLIS IN CVLIS  
 A.D. XI K. IAN


C. BELLICO NATALE P CORNELIO  
 SCIPTONE COS  
 DI OMEDI ARTEMONISE PHRYGIA VNIC  
 DESCRITVM METRECOGNITVM EX TABVLA Aenea  
 QVAE ELIXA EST ROMAE IN CAEITOLIO  
 IN ARA GENTIIS IVLIA

veteranis, qui militaverunt in Legione I. Adiutrice, quod est omnium plane vetustissimum. Exstabat olim

olim hae plicatiles Tabulae ex aere in Museo Andreinio; post eius vero obitum, insigni eius Museo comparato ab Ioanne Gastone Magno Duce Etruriae, in Mediceo Museo nunc adservantur.

174. Averfam quoque partem huiusce monumenti propono, ut loca quaedam a doctissimo viro egregie illustrata, in quibus haeserat mihi aqua, consideremus.

174



T. IULIUS

C. IULI. CHAR

T. CLAUDI

C. IULI. C. F. COL

T. I. FONTEIUS

P. GRALY. P. F.

M. ARRIVSI

PARDALASARD

M. SARDIAN

Q. L. FIDELI MAO  
NINI

L. BON. SARD

CERIALIS. SARD

AEM. PRO VIN  
CIAL  
IPESIUS

SARDIANI

Is est vir celeberrimus, & ad illustranda difficiliora veterum inscriptionum loca, & insigniora vetustatis monumenta, bono litterariae reipublicae natus,

T

Io.

Ioannes Gaspar Hagenbuchius, in patrio Lyceo Tigurino Eloquentiae, Historiae, Graecarum humaniorumque litterarum Professor meritissimus, quocum paucis ab hinc annis summa studiorum necessitudo, & animi benevolentia intercedit. Eximius hic vir, cuius habeo epistolas in re antiquaria illustranda eruditissimas, & quidem non paucas, quas, eo permittente, in lucem proferam, & maxime pertinent ad illustrandas, vel emendandas complures veteres Inscriptiones in Doniano opere adlatas, hanc ad me nuper misit, quae insignissimo huic monumento opem medica manu adferunt praestantissimam.

## A N T. F R A N C. G O R I O

Ioh. Gaspar Hagenbuchius

S. P. D.

**L**eonardus BODMERVS, patriciae gentis iuuenis, non ad eius tantum decus, sed & ad praeclara reip. nostrae surgens, quem ante biennium a nobis trans Alpes vestras in terras digressum, quo minus iam tunc Florentiam veniret, instituti itineris ratio commutata impediverat, Herculis Labronis portum nunc relicturus, Romam & Neapolin ita cogitat, ut ante omnia Florentiam adire, GORIVMque videre constituerit. Quare adolescentem hunc nobilissimum, mihi inprimis carum, moribus probatissimis, TIBI, mi GORI, ita commendo, ut TE velim eum ornare atque adiuvare, quibuscumque rebus possis. poteris autem plurimis; indicandis FLORENTISSIMAE urbis vestrae ἀξιωματικῶν, ἀπειριένδῶν κειμενῶν eiusdem, quae altera velut Roma  
Tan-



—Tantum alias inter caput extulit urbes,  
Quantum lenta solent inter viburna cupressi:

poteris praeterea, dandis etiam, maxime de itinere rite instituendo, & feliciter peragendo, consiliis atque monitis multum profuturis. Multum gens BODMERO-RVM, multum ipse TIBI sumus debitori. Ita mihi omnia quae opto contingant, ut hominem nostrum  $\epsilon\upsilon\delta\omicron\upsilon\delta\alpha\upsilon$  vehementer velim. Quod si vestratium quidam ad nos veniret, a TE nobis commendatus, quantum auctoritatis & penderis commendatio TVA apud nos haberet, revera intelligeret; TIBIQUE redux, GORIVM a nobis plurimi fieri, commemoraret. De BODMERO meo TE amicissime cogitaturum, nostra me amicitia dubitare non finit: cogitabo usque & ipse, gratam a TE gratiam inire. Quae de  $\delta\upsilon\beta\upsilon\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\varsigma$  Tabulae aeneae Andreinianae Inscr. Etr. T. I. pag. 257. num. 45. mihi enotavi, tecum communico. In altera Tabulae facie quid sit post PHRYGIA. (in Tabulae sphaematis id refert pag. 260. med. quod in altera recte detur PHRYGIO.) VDIC. summopere torfit & TE, & doctorem TVVM doctissimum Salvinium, quod vidi ex pag. 259. & 281. Vide vero, an legendum sit, PHRYG. (i. e. PHRYGIO: posses & PHRYGIA sine sphaemate accipere, elliptice, subintelligendo oriundo, vel domo, vel quid simile.) LAVDIC. Puto accipiendum de Phrygia LAODICEA ad Lycum, nobilissimo oppido. L in his Tabulis est ubi ab I parum differat. Forte exscriptoribus, de PHRYGIA cogitantibus, imposuit lineola subtilioris ductus, qua L ab I differt, ut parvum spatium putarent interiectum: si etiam interiectum sit, glypten puto, quasi monere voluisse, non AV dipthongum se dare, sed A ab V seorsum accipi debere; quae punctis diaereseos vulgo nunc separamus. V enim illud iacet pro O.  $\iota\upsilon\alpha\lambda\lambda\alpha\zeta\epsilon\upsilon$ , ut non nescis, sexcenties occurrente. Quid? quod in ipsa hac voce occurrit, LAVDICE, uxor MELIORIS: profertur a

TE pag. 364. n. 102. pro LAODICE, quod Salviniis verbis opportune monuisti pag. 365. Vt hic in voce, quae a graeco λαός, populus, est: ita in ipsa hac voce latina populus, O cum V mutatur, Ppublicola, Publicola: quod in exemplis de O & V mutatis idem Salvinius tuus adtulit pag. 340. ad num. 11. LAVDICE in saxis valde frequens. ΛΑΥΔΙΚΗ minime frequens: occurrit tamen in eruditissimi & amplissimi Divionensium Praefidis Boubierii explic. de quelqu. marbr. ant. pag. 4. fin. Est & aliud in altera hac Tabula aenigma. P. GRAITI (an sanum satis? Graitia gens antiquariis incognita. Gratia & Grattia cognitae. an quasi Graetia, nova & ea, accipietur?) P. F. AEMilia tribu PROVINCIALIS (cognomen hoc, & alibi non raro occurrit:) IPESIVS. Ipse ΗΥΡΑΕΡΕΣΙΥΣ ob Hypaepas, Lydiae urbem, tentas legere pag. 260. moxque, quod literas videbas nimis abeuntes, caelatoris erratum suspicaris intercessisse, ob similitudinem syllabarum PAE. & PE. priorem praetervidentis; quasi Ipaepesius daturus, dederit Ipesius. Cuius generis truncationes non ignoro interdum occurrere; sed ab Hypaepa gentile sit Hypaepenus, non modo in Stephano Byz. quem ipse laudasti, sed & in Plinio & numis, ut adfert Cellar. Not. O. A. T. II. pag. 128. ab Hypaepis etiam nimis distat IPESIVS Tabulae. Iplus, five Hipplus, Phrygiae locus, v. Cell. loc. cit. pag. 168. fin. an inde IPESIVS, quasi IPSIVS. Vt in Tabula MAONIAN pro MAEONIAN. extruso male E; ita hic non admodum bene intruso E. IPESIVS. Apud Spon. Misc. pag. 116. Opetatus & Cerispus pleonasmum τὸν E habent. Neque nos offendat nominativus Ipesius cum genitivis praecedentibus non concordans: in his enim Tabulis nomina alia gignendi, alia nominandi casu leguntur: mixtum ergo ex utroque nostrum: multis etiam in saxis, militum, & equitum singularium Aug. inprimis, nominativum patriae subiici, etsi genitivus vel da-

tivus nominum ipsorum praecesserit, non ignoras. Stylus lapidarius sua singularia non raro ostentat. Dum superiora de IPESIVS huc coniciebam, subiit alia coniectura, quam mihi verisimiliorem etiam videri non dissimulabo. I forte E est, quomodo τὸ E Tabulae in IPE-SIVS, & alibi non valde ab I discrepat: ita exhibet EPESIVS, pro EPBESIVS. Saepe PILIPPVS pro PHILIPPVS in saxis legitur, & alia multa habent P pro PH seu Graecorum φ. V. Fabr. Inscr. pag. 307. Ita duae nobilissimae minoris Asiae civitates Laodicea ad Lycum, & Ephesus, in Tabula TVA legerentur.

Haec Hagenbuchius tuus, qui novit, se Hagenbuchium esse, non Oedipum. Ipse, qui Sphingem praestitisti, quas posuisti quaestiones, diligentius etiam inspecta Tabula, solves facillime. Ita optime, vale. Tiguri, ipsis Idibus Ianuariis MDCCXL. anni, quem TIBI precor faustissimum, felicissimumque.

Insigne hoc monumentum publici iuris feci, ut antea dixi in Parte I. huius operis pag. 257. quae prodiit anno MDCCXXVI. Iterum post annum MDCCXXVII. illud pervulgavit Cl. Marchio Scipio Maffei in opere, quod inscribitur: *Istoria Diplomatica* pag. 30. & quamvis iam a me editum vidisset (nam ei eodem anno MDCCXXVI. eandem Partem I. Inscript. ant. Etruriae, Veronam transmiseram, quam accepisse mihi constat) tamen iam inde mihi infensus, sonora voce adfirmavit, nondum a nemine in lucem prolatum fuisse. Tabulas plicatiles Mediceis simillimas nuper nactus est idem Maffei, quae continent honestam eiusdem Imperatoris Galbae missionem, & civitatem ab eo datam militibus veteranis Legionis I. Adiutricis, & quidem, ut in Medicea legitur A. D. XI. K IANVAR iisdemque Consulibus C. Bellico Natale, & P. Cornelio Scipione; qui Consules suffecti fuere anno V. C. DCCCXX. Christi vero LXVIII. Non eadem, sed di-

ver-



versa sunt militum Veteranorum nomina, quae in ea recensentur. Has idem primus protulit in Opere *Verona illustrata* Par. II. Lib. v. pag. 270. num. 8. Antequam vero eas sibi compararet, quum Romae in manus docti viri Francisci Victorii Equitis venissent, is ad me antigraphis litteris diligentissime exceptas misit; quibus postea conlatis cum Maffeiana editione, vidi duodecim ferme in locis ab archetypo eam differre, quibus ipse medebitur si aere incisam iterum adferet. Has quoque edidit Vir Celeb. Ludovicus Antonius Muratorius in Tomo I. novi Theatri veterum Inscriptionum pag. CCCVII. 1. sed non paucis in locis & ipse inemendatam; adnotavit tamen, quod Maffei silentio praeteriit, has aereas tabulas effossas fuisse anno Christi MDCCXXVIII. in Castello a mare. Notandum quod scriptum est AD. ARAM. hoc est AD ARAM: non AD. ARMA. Per rarum honestae missionis monumentum, adnotatis Consulibus, & patriis civitatibus militum habetur in sequenti ara, quae Romae exstat in Hortis Iustinianis; in qua observare lubet honesta missione donatos milites Cohortis Primae Praetoriae.

GALLICANO · ET · VETERE · CoS  
 VII · ID · IAN · CoH · I · PR · >  
 SATRI · GENIO · > · MISSI  
 HONESTA MISSIONE · VII  
 HIBERO · CoS

P · CENSORIVS · IVSTVS · VIRVNO  
 L · VOLCEIVS · SEVERVS · SESTINO  
 Q · SEXTILIVS · VETVS · FLANONA  
 C · VALERIVS · VERANVS · TRIDENT

SERVIANO · III COS

T · ANNIVS · CRISPINVS · CVPRAMAR  
 T · ANTONIVS · PRIMVS · PERINTHO

Fa-



Fabrettus, qui hanc adfert Inscr. ant. Cap. VII. num. 121. notat exemplum inscribendi unicum Consularem brevitatis gratia, quem vide. Dicata est haec ara Genio Centuriae. Constat ex aliis compluribus inscriptionibus, quae iam editae sunt, milites missos honesta missione, aras pro gratiarum actione, dedicasse Diis, quos colebant, tamquam praesidibus Legionis vel Cohortis, praesertim vero Genio Centuriae.

*Apud Amplifs. Senat. Carolum Ginorium, Marchionem Riparbellae & Caecinae etc. titulus marmoreus inter rudera Caecinae repertus. anno MDCCXXXIX.*

175

B	E	N	✓	M	E	R						
I	V	V	E	N	T	A	T	I				
S	O	R	O	R	I	E	T	F	I	S		
T	I	V	E	C	O	N	M	A				
R	C	I	A	N	V	S	✓	F	E	C	I	T

*sic*

175. Hoc est: *Benemerenti Iuventati Sorori & Festivae Coniugi Marcianus fecit.* Pervulgatum est tum homines, tum feminas interdum nomen a Diis Deabusque desumpsisse. Iuventas nomen accepit a Iuventate seu Iuventa Dea, quam Romani coluerunt. Memorantur a P. Victore aediculae ei dedicatae in Regione IV. & VIII. Habuit etiam aedem in Circo Maximo, quam tamen idem P. Victor in Regione XI. aediculam adpellat; aedem vero T. Livius Lib. XXXVI. 36. & liquet vetustissimam fuisse. *Iuventatis aedem in Circo Maximo Licinius Lucullus Duumvir dedicavit; voverat enim sedecim annis ante M. Livius Consul, quo die Asdrubalem exercitumque eius cecidit: idem Censor eam faciendam lo-*

*ca-*

cavit, *M. Cornelio, P. Sempronio Consulibus*. In viciniis Caecinae, auspice Clarissimo Senatore & Marchione Carolo Ginorio, ex Equestri itidem Ordine S. Stephani, inter parietinarum veterum rudera detectae sunt complures Officinae Figlinariae, quae refertae erant fictilibus vasculis, praesertim amphoris praegrandibus, inter quas non paucas & ipse vidi, quas idem Nobilissimus Marchio Florentiam asportari iussit, adservatque in suo Museo; atque unam ex his humanitate in me singulari mihi dono dedit. Romanos pedes III. altitudine excedunt. Ex his amphoris aliquae in collo impressum habent nomen Fictiliarii; nonnullae etiam adiunctam notam Officinae, nimirum lituum, augurum, insigne, ut videre est in sequenti Tabula num. III.


His in locis, in quibus amphorae inventae sunt, adhuc visuntur cumuli fragmentorum eorundem vasculorum, & amphorarum. Os unius amphorae intrinsecus obturatum vidi subere, quod ita eidem inhaeret, ut non facile extrahi possit. Ex his amphoris aliquot repertae sunt inscriptae nominibus opificum Figlinariorum, quos tres fuisse hinc discimus, nimirum *Felicem, Rufum & Lucundum*. Fabrettus Cap. VII. Inscript. ant. qui nomina Offinarum recenset, notat pag. 498. distinctionem Officinae superioris & inferioris; veteris & novae; maioris & minoris. Nomen suum hi Figlinarii adnotare consueverunt in amphoris, ut videmus, in doliis, in tegulis, in lateribus, in urnis, patellis, vasculis, calicibus, atque in his praedium indicant, & tempus, adnotatis Consulibus: qui mos etiam sub Christianis Imperatoribus duravit, ut observat Fabrettus pag. 502. & 503. Praeterea aliquam notam in his sigillandis addidere, nimirum pineam nucem, coronam, ramusculum palmae, capita quadrupedum, aliaque his similia: interdum etiam vel

signa

TRIX

TRAVEL


TRAVEL



FELIX

RVFIS

IVCVND






signa Deorum Dearumque, vel eorum symbola. Id etiam factum ab opificibus lucernarum fictilium, itemque ab his qui vascula vitrea conficiebant. His ad censenda sunt vascula in sepulcris recondita, in quibus scriptum nomen defuncti, non impressis aereo sigillo litteris, sed cultro vel graphio incisus, quorum schemata adfert eruditissimus Antonius Maria Vulpius, Societatis Iesu Presbyter, in Dissert. in Epitaphium S. Severae Martyris Tab. XII. XIII. & XIV. & pag. 89. & sequentibus.

Variae fuere apud veteres, forma tamen inter se fere similes, amphorae, uti & varia fuere liquida, quae in his ponebantur. Fuere amphorae vinariae; quarum schema exhibui pag. LXXXII. in opere Donianarum Inscriptionum, ex archetypo Musei Victorii, in cuius collo notatum cellae & cellarii nomen: nec semper impressis litteris, verum etiam atramento scriptis. Plura de amphoris fictilibus vinariis Iulius Pollux Lib. VI. Cap. II. Lib. VII. Cap. XXIX. & XXXIII. In amphoris conditum servatumque oleum legimus. Amphorae oleariae iconismum adfert Gruterus pag. DCCCCXXIX. Conditum quoque in his acetum, mel & lac quoque repositum, ut ad Inscriptiones Donianas observavi pag. LXXXII. & sequentibus. Amphoras quoque in funeribus adhibitas legimus, vel ad libationes in parentalibus fundendas, vel pro condendis cineribus, vel victimarum sanguine colligendo pro expiatione mortuorum. Suprema haec officia declarant vetusta anaglypha, inter quae singulare illud est, in Dempsteriano Opere adlatum Tab. LXXXV. n. 1. in quo duo viri amphoram humi condunt. Alterum exemplum, quod subiicio n. V. doliolum vinarium refert, in quo vinum condebatur. Exstat hoc doliolum cum altero adsimili in meo Museo. Haec effossa sunt in agro Volaterrano, eaque mihi dono dedit vir humanissimus Hippolytus

Maria Cigna. Notatu dignum censeo, quod intrinsecus pice picata sunt, & quidem adeo crassa, ut corticis aliquantulum abstulerim, qui in ignem iniectus, odorem picis reddidit. Haec de amphoris, & doliis vinariis satis funto.

*Pisis, in Basilica e regione pulpiti, prope quoddam altare:  
ex Codice Brunelleschio.*

176



176. Protulit hanc inscriptionem, primusque omnium illustravit, Franciscus Robortellus, ut monui in Parte II. huius operis pag. 20. num. 14. Lubet nunc ea, quae eruditus vir adnotavit, iterum adferre. *Sed ego Pisis in antiquissimo marmore animadverto de Equo publico fieri mentionem: quod ut facilius cognoscatur, apponendam inscriptionem ipsam putavi.* (Hic adlatam adfert inscriptionem, nonnullis tamen maculis adpersam). *Est vero & illud observandum DECVRIS, poni pro Decuriis, quae quinque erant Equitum; cum quatuor ab Augusto constitutis, unam adiecisset postea Caius Augustus; de qua re, praeter ceteros, breviter agit Plinius Libro XXXIII. Cap. II. bis*  
 ver-

verbis. „ Propterque haec discrimina, Caius Princeps  
 „ Decuriam quintam adiecit, tantumque natum est fa-  
 „ stus, ut quae sub Divo Augusto impleri non potue-  
 „ rant Decuriae, non capiant eum ordinem, passim-  
 „ que ad ornamenta ea etiam servitute liberati tran-  
 „ siliant, quod antea nunquam erat factum; quoniam  
 „ in ferreo anulo Equites Iudicesque intelligebantur:  
 „ adeoque promiscuum id esse coepit, ut apud Claudium  
 „ Caesarem in censura eius unus ex Equitibus Flavius  
 „ Proculus cccc. ex ea causa reos postularet. Ita,  
 „ dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus est cum  
 „ servitiis. Idem Plinius eodem libro Cap. I. Nec  
 „ pridem id factum: Divo Augusto Decurias ordinante,  
 „ maior pars Iudicum in ferreo anulo fuit: iique non  
 „ Equites, sed Iudices vocabantur. Equitum nomen sub-  
 „ sistebat in turmis Equorum publicorum. Iudicum quoque  
 „ non nisi quatuor Decuriae fuere primo: vixque singula  
 „ milia in Decuriis inventa sunt, nondum provinciis ad  
 „ hoc munus admissis. Aperte, opinor, perspicitur in his  
 „ Plinii verbis, quae fuerint Decuriae hae Equitum. Prae-  
 „ terea de Equis publicis fit mentio. Adde quod apparet  
 „ delectus Equitum habitus, ascitusque ex provincialibus;  
 „ ut non mireris illum Picentem esse. De Saturio quo-  
 „ dam, Domitiani Augusti Cubiculario, meminit Suetonius.  
 „ P. P. Patrem Patratum puto per has notas significa-  
 „ ri, adeo ut Augur hic Saturius, Saturii P. P. di-  
 „ catur filius. FAB. puto nomen esse Tribus, quod apponi  
 „ eo ferme modo solebat, ut etiam in Philipp. Oratione IX.  
 „ Sulpitius Q. F. Lemonia. Rufus. Tribus enim no-  
 „ mini postponi consueverat cognomen, sicuti etiam in hac.  
 „ FAB. SECVNDVS. Astyras vero ego puto intelligi Equi-  
 „ tes, qui Hispanis, ab Asturia regione, uterentur equis,  
 „ de quibus Plinius meminit Libro VIII. Cap. XLII. & ait  
 „ Asturcones, vocatos: nisi fortasse malis, ab Astura oppido  
 „ Latii vocatos Asturas. Vergilius, opinor, ad hos Equi-  
 „ tes alludens, nomen illud ita protulit cum ait: Astur



equo fidens: & si ille Latinus non erat. Requireret fortasse aliquis a me, ut postquam magna ex parte inscriptionem illam explicavi, declararem etiam, quales essent *Coloniaram patroni*, & unde haec fluxerit consuetudo. Verum quia in animo est in alio libello multa de *Coloniis* disserere; hic de ea re in praesentia silebo. De *Patronis Coloniaram* non pauca, quae adnotari possunt, in medium protuli ex antiquitatis penu depromta, in Parte II. Inscript. ant. Etruriae Urbium, a pag. 198. ad 210. deque eorum origine, iure, honore, favore, & hospitali tessera disserui.

P. P. in prima inscriptionis linea haec singularia, ut opinor, potius explicanda sunt *Primopili*, seu *Primipili*, vel *Primopilaris*. Eadem habentur in lapidibus *Donianis* *Class. V. n. 226.* & *Class. VI. num. 62.* P. P. LEG. & n. 61. *Oliverius Vir. Cl. in marmora Pisarenzia*, pag. 146. num. LV. P P. LEG. III FLAV. interpretatur *Praepositus Legionis IV. Flaviae*. Haec quoque interpretatio, perspecta militarium officiorum ratione, quadrare potest. In meo *Indice Doniano* error, me oscitante, irrepsit: P P LEG. *Propraetor Legionis*, de quo me amice admonuit idem *Oliverius*, adeoque emendandum videtur: *Praepositus Legionis*, vel *Primipilus Legionis*.


Standum itaque arbitror fidei *Baptistae Brunelleschii*, qui hoc ipsum marmor, & alia fere trecenta in suo *Codice* scripsit, suaque tempe stare, nimirum circa annum MDX. illud vidisse credendum est; nam & locatum describit in *Pisana Basilica*, quod silentio praeteriit *Robortellus*, qui non satis accuratus in eo exscribendo fuisse perspicue adparet. Hodie hoc ipsum epitaphium desideratur, & credibile est periisse, *Aedilium* incuria; quae, quum poenis ullis auctoritate *Principum* coerceatur, multeturque, patria monumenta semper everti ac labefactari necesse est.

Pro-



*Prope Pisas, in Abbatia S. Savini: ex Codice Brunellescbio:  
hodie desideratur.*

177



*Pisis, in Campo Sancto: ex Codice Brunellescbio:  
hodie desideratur.*

178

*In*


*In Agro Pisano, in Horto Villae Nobb. Lanfranchiorum, prope Plebem SS. Hippolyti, & Cassiani, ex antiquo Codice.*

179

DIS MANIBVS  
OCTAVIAE CN · L · FLORIL · · ·  
ARBITRATV  
L · OCTAVI · P · F · AVITIANI

*In Portu Labronis, vulgo Livorno: in Aede S. Mariae,  
ex Codice Brunelleschio: hodie desideratur.*

180



*Volaterris, ex Codice Bibliothecae Stroziae: hodie tamen non exstat.*

181

D M  
L · POMPILIVS · APER · ET · APRILIS ET  
LARGIA · GEMINIA · VOLATERRIAE  
THALIAE SORORI CARISSIMAE · B · M

Ibi-

*Ibidem, ex eodem Codice: exstat in  
Aedibus Nobb. Mafferiorum.*

*Ibidem.*

182

Q · A V L I N N A  
S E X · F · S A B ·

183

C · C A E C I N A  
C · L · B A R O  
V · A · X X X I I X

*In Agro Volaterrano, in praediis DD. Franceschinorum, anno  
MDCCXXXIX. inventum est Hypogaeum Sepulcretum, Vrnis  
marmoreis refertum: quarum nonnullae Etruscis litteris,  
nonnullae etiam Latinis vetustissimis  
inscriptae erant.*

184

L · C A E C I N A L F  
T L A B O N I · V I X · A N N · X X X ·

185

A · C A E C I N A S E L C I A  
A N N O S X I I

186

A · C A E C I N A C E S A V L A  
A N N O R V M L X X

187

::: C A E C I N A · O ::: C A P S O  
V I X · A N N O X

187. Adlatae inscriptiones brevissimae, quales vetustissimis temporibus concipi solebant, quum nondum superbos titulos admisissent sobrii eius aetatis homines, docent hoc sepulcrum fuisse Caecinae gentis, e qua magnae auctoritatis in Romana republica, & apud Caesares incltyti nominis viri prodire. Haec ad hanc diem Volaterris perennat, servatque antiquae virtutis & dignitatis nomen in viro nobilissimo, mihi que amicissimo D. Aulo Laurentio Caecina Iuriconsulto, patriae Historiae peritissimo.

*Fac-*

*Faefulis, ex Gudio pag. XC. 9.*

188

IMP · CAES · T · AELIO HADRIANO

ANTONINO · AVG · PIO

PONTIF · MAXIMO · TRIB · POTEST · II

COS · III · IMP · II · P · P

SENATVS POPVLVSQVE

FAESVLANVS

188. Pedestrem statuam Antonino Pio dedicasse Faesulanos, indicare videtur haec inscriptio, quae in basi eiusdem statuae sculpta fuit.

*Ex ruinis Faesularum, inscriptio ex Schedis Manutianis, quae exstant in Bibliotheca Vaticana; item ex Codice Bibliothecae Cardinalis de Carpineo.*

M · ANNIVS · M · F · PAL · AVGVSTIANVS

PROCVRATOR COLL · DENDROPH ·

ROMANORVM · H · V · IN

QQ EPVLVM D · D · ET Æ D · DIVIS

P E R G R A D ·

189. H · V · Hoc est: *Honore usus*. In Quinquennialium epulum pecuniam divisam per gradus marmor docet.

*Fae-*



Faesulis, ex Gudio pag. CXVI. 1.

190

T · AVERRIVS · Q · F · SCAPT  
 FLACCVS · EQ · ROM  
 FAESVLANVS · VI · VIR  
 AVGVSTALIS  
 PATRONVS MVMNICIP

190. Legendum T. VERRIVS, non vero T. AVERRIVS, auctoritate Faesulani lapidis, qui sequitur. Huius lapidis occasione memorandi sunt Verrius Flaccus, iuris Pontificii peritissimus, quem laudat Varro, Sex. Pompeius, Macrobius & Gellius; itemque M. Verrius Flaccus insignis Grammaticus, quem Augustus praeceptorem dedit suis nepotibus, qui docuit in atrio Catilinae domus, quae pars Palatii tunc erat, & sestertia centena in annum recepit, teste Suetonio. Decessit aetatis exactae sub Tiberio. Statuam habuit Praeneste (alii legunt ad Vestae) in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo Fastos a se ordinatos, & marmoreo parieti incisos, publicarat. Voluit etiam (ut refert Glandorpius) illius esse tabularum fragmenta, egregio commentario a Carolo Sigonio illustrata. Scripsit inter alia *de verborum significatione*, unde collecta ea sunt, quae hodie Sex. Pompei Festi nomine leguntur. Eo forsitan tempore claruit hic T. Verrius Flaccus Eques Romanus, Sexvir Augustalis, & Patronus Municipii Faesulanorum.

*Faefulis, ex Gudio pag. CLXXXVI. 2.*

191

P · VERRIO · P · F · SCAP · SEPTIMIO  
 VETERANO · COH · VII · PRAET  
 7 · MVCRONI · RAVCI · VIX  
 ANN · LII · M · IX · D · XXI · HOR · III  
 MILIT · ANN · XIIX · M · VI · D · XVII  
 C · VERRIVS · P · F · SCAPT · MOLON  
 PATRI · OPTIMO · POSVIT  
 CVM · VERRIAE · SEPTIMIANAE · P · F  
 fic FESVLANAE · VIX · ANN  
 VIIII · M · X

191. SEPTIMIO. Pagus adhuc prope Faefulas, hinc adhuc nomen retinet, & adpellatur *Septimianus*; vulgo *Settignano*. Ex eo clari sculptores prodierunt. Incolae putant ab Imperatore Septimio Severo nomen accepisse. Sunt tamen qui negant: sed venia danda est his qui fabulas Historiae veritati miscentes, ut consecrent origines suas, urbium oppidorumque gloriam augustiorem faciunt.

*Faefulis, ex Gudio pag. CLXV. 7.*

192

D I S · M A N I B V S  
 M · FERVIO · M · F · SCAP · GRA  
 TO · VETERANO · PRAEF ·  
 FABR · LEG · XXII AVG ·  
 F A E S V L A N O  
 VIX · ANN · LXVIII · M · VIII  
 DIEB · IIII · MILITAVIT · ANN  
 XX · M · X · D · XVI · MANIA  
 FERVIA · SOROR · FIDELISS  
 EX · TESTAMENTO · F · C

FAE-

192. FAESVLANO. Patriae M. Fervii nominandae proprius locus erat, aliorum lapidum exemplo, post cognomen GRATO, vel DOMO FAESVLIS, vel ut in hoc FAESVLANO. Mendum irrepsisse arbitror exscriptoris incuria, qui alio patriae nomen transtulit.

*In lapide arenario alt. quatuor & amplius ped. Rom. lat. vero fere duorum, qui in aedibus DD. Campaniorum exstat in Etruriae oppido Marradio.*

193



193. VIV. Hoc est *Viventibus*. Familiarum heic habes nomina, antiquariis ad hoc tempus ignota, nempe *Calesternae*, & *Trabenniae*.

X 2

Mar-

*Marmor inventum in Coemeterio antiquo S. Mustiolae prope Clusum; nunc exstat Perusiae in Aedibus D. Scipionis Staffae.*

194

VLP IAE · FAVSTI  
 NAE · VIRGINI · NAE  
 OFYTAE · QVAE · VIX  
 AN · XIII · MEN · II  
 DIEB · XXV · DE  
 POSITA · VI · IDVS  
 IVL · IN · PACE

sic

*In marmore nuper effosso in Agro Cortonensi, nunc exstat in Museo Academicorum Etruscorum.*

195

C · TITIO · CL · CELERI  
 DOMO CORTONA  
 VI VIR · AVGV  
 LIBERTI EIVS

195. Hoc est C. Titio Caii Liberto Celeri. Satis exploratum est libertos habuisse alios liberos, qui eis fervirent. Sexcenta exempla iam edita sunt. Videndus Fabrettus Inscript. Cap. VI. pag. 474.

Mar-



*Marmor inventum Romae an. MDCCXXXVI. inter rudera S. Joannis Lateranensis, nunc exstat Cortonae apud Nobiles Venutos.*

196 O N E S I M V S · A T I L I · C O L L E G I O

S I L V A N I · C R A T E R A M  
C V M S V A B A S I · D O N V M  
D E D I T

196. Craterae, sive crateris schema, qui Silvano sacrari solebat, habes penes Senatorem Philippum Bonarrotium in Observationibus ad Vasa vitrea veterum Christianorum, quae in Coemeteriis antiquis reperta sunt pag. 31. qui in planitie superioris labri, ita inscriptus est: SILVANO SACRVM AEBVRIA ARTEMISIA D. D. Eiusdem crateris schema iterum produxit Clarissimus Muratorius in Classe I. novi Thesauri veterum Inscriptionum Tom. I. pag. LXVII. 3. Herculi quoque crateras dedicatas fuisse, testantur vetusta marmora penes Hesselium ex Gudianis pag. XXXII. 8. & pag. XXXIII. 3. Habes heic basis tantum iconismum, in cuius cavitate cratera in usum Collegii, cuius numen fuit Silvanus, dedicata est ab Onesimo Atilii, ut reor, liberto. Illud vide in Tabula superius adlata pag. 153. num. VI.

*Cortonae, inter rudera, in muris civitatis: ex Gudio pag. CCLXXV. 4.*

197

D · M · S  
I V L I A E · G R A M M A E · V X O R I  
I N C O M P A R A B I L I  
S E X · I V L I V S · P R I M V S

Mon-

*Montis Politiani, in tabula abenea, litteris argenteis, quam olim possidebat Episcopus, hodie alibi adservatur: ex Gudio pag. XXI. 5.*

198

MATRIS · MAGNAE · MATVTAE  
 CONSERVAT · MATVTIN · LVDION  
 TITVS · TETTIVS · T · F · ESQ · CALVINVS  
 PROCVRATOR · LVD · MAT · PRISC · ANN · X  
 SIGN · AEN · REST

*Arretii, ex Gudio pag. XLVI. 2.*


199

AESCULAPIO · SANCTO  
*si* ET · HYGEIAE · SALVTIF ·  
 SACRVM · FONT  
 M · CAPAENIVS · ORONCIVS  
 LATINVS  
 L · MAGILIVS · L · F · GALLVS  
 MAG · CORP · LVTORVM  
 QVINQ · II · F · C

199. MAG. CORP. LVTORVM. Hoc est: *Magistri Corporis Lotorum*. Frequens in vetustis saxis O in V conversio, & e contrario. v. in O. Lotores,

res sunt, qui vestimenta lavabant & pannos. In Ara Aricina penes Fabrettum Inscript. Cap. VI. pag. 435. num. 19. DIANAЕ. AVG. COLLEG. LOTOR. SACR.


Arretii, ex Gudio XXXIV. 7.



200. LEG. II ITALICAE. P. FEL. Hoc est: *Legionis secundae Italicae Piae Felicis.*

Arretii, in arca marmorea, in qua corpus, quod in ea positum erat, adhuc integrum est Regii; ex vetusto Codice Bibliothecae C. V. Equitis Redii.

201



Ar-

*Arretii, lapis erutus anno MDXLI. egesta terra, dum arcis  
substructiones fierent: ex Codice Brunellescbio.*

202

P · AVILLIO · L · L ·  
PHILERO TI  
IN FR · P · XII  
IN A · P · XII

*Tiferni, ex Gudio pag. IV. 9.*

203

IOVI · FVLGERATORI  
OPTVMO · MAXSVMO  
SACRVM  
L · FVFICIVS · L · FIL ·  
TERENTIANVS  
TIFERN · IIII · VIR  
QVINQVEN

*Lapides, qui sequuntur, nuper effossi in praedio quodam in  
Etruria, prope Sarsinam.*

204

D · ♀ · M ·  
L · VAFRII · L · F ·  
CLEMENTIS  
VET · COH · XPR  
AELIA PHILEE  
CONIVGI DESIDERATISS

205

D · ♀ · M ·  
Q · BAEBI  
NEPOTIS  
C · F · M · S ·  
B · M

D · M



206  
 D · M ·  
 C · MARIO EVCARPO  
 FECIT CVPRESSEN  
 A SERVANDA COIVGI

207  
 T · V · · · · · T · F  
 · · · · ·  
 MILITI COHOR · VII  
 AVFIDIA RESTITVTA

205.  $\bar{M}$ .  $\bar{S}$ . Hoc est: *Municipis Sassinatis*. Haec singularia frequenter occurrunt in saxis Sassinatibus, quae publici iuris fecit & illustravit Philippus Antoninus, quibus haec quoque addenda sunt, quae mecum V. Cl. Dominicus Maria Mannius communicavit, ei vero D. Ioannes Michaël Meius, Medicinae Professor, anno MDCCXXXIV.

*Orbitelli in Tuscia maritima, marmoris fragmentum, inventum anno MDCCXVI dum novae substructiones fierent prope viam Aureliam; quod locatum est dextrorsum in fronte interioris parietis primae portae eiusdem civitatis.*

208  
 IMP · CAES · M · AVR · ANTONINO  
 AVG · PIO · FELICI ·  
 PARTH · MAX · BRIT · MAX · PONT · MAX ·  
 TRIB · POT · XVI · IMP · II · COS · III ·  
 P · P · RESPVBLICA COSANORVM  
 INFATICABILI ICENTIA EIVS

208. Hoc marmor longitudine Romanos pedes circiter tres, altitudine vero fere duos, aequat. Eximiam hanc inscriptionem, accurate exscriptam ex archetypo, Eques Ascanius Lippius Patricius Arretinus, antiquitatum studiosissimus, communicavit cum

Y Pe-

Petro Andrea Andreinio, is vero mecum. Hinc discimus M. Aurelium Imperatorem Aureliam viam, Roma Lunam deducentem, lapidibus sterni iussisse, vel reficiendam curasse, anno V. C. DCCCCXVI. Christi vero CLXIII. In postremo versu suppleendum videtur: INFATIGABILI BENEFICENTIA EIVS: vel etiam MVNIFICENTIA. Quae de Cosanorum urbe, inter primores Etruriae incluta, dici possunt, ea occupavit Cluverius Italiae antiquae Lib. II. Cap. II. Plurali numero, & unica s scribendum COSAE, non *Cossae*, ut apud Strabonem Lib. v. praeter hoc vetustum marmor, docet etiam Virgilio Medicei codex vetustissimus. Huius quoque auctoritate emendandum est marmor a Reinesio adlatum ex Donio Cl. III. num. XXXVII. in quo delenda est lineola supra  $\bar{A}$  COSANORVM, perperam scripta. Ea ita se habet.

IMP · CAES · M · ANTONINO
GORDIANO · P · F ·
AVG · PONT · MAX ·
TRIB · POT · II
P · P ·
RESPUBLICA COSANO
RVM DEVOTA
NVMINI MAIES
TATIQVE EIVS
D · D ·

Dedicatum hoc marmor videtur anno ab. V. C. DCCCCXCII. Christi CCXXXIX.

*Pro-*

*Prope Silvam, hodie dictam Baccana, in Etruria, ex Gudio pag. CC. 8.*


209

DIS MANIBVS

C · LVCCEIO · C · L · PHYLLISTO  
 TI · CLAV · IVILICO · PRAED  
 CAESANENS · VIX · ANN · LXI  
 M · LVCCEIVS · TI · AVG · LIBERTVS  
 SVCCESSVS · T · P · I

*In marmorea basi apud Caesana in Etruria, prope Silvam dictam Baccana; ex Gudio pag. XVIII. 3.*

210



*Fragmenta duo in Etruria reperta; ex Gudio pag. CCCXIII. 22.*


211

M · AGORIVS · M · F · L · N  
 THERMET

AGORIA · TORQVATA · C · F

*Vrta parva marmorea cineraria lat. Rom. ped. unc. XIV. alt. unc. X. penes D. Bartholomaeum Arvigonium Florent. S. Th. D. ab eo inventa an. MDCCXL. in quadam domo rustici prope Ecclesiam S. Iacobi, vulgo a Pratolino, VII. ab urbe Florentia lapide. In utroque latere larvae capillis fastigiatis & calmistratis; sub iisdem aviculae, aliaeque duae encarpo pendenti insident.*

212



*In basi marmorea reperta in littore Tyrrheno; in cuius dextro latere cantharus cum lynce & thyrso; in sinistro autem duo delphini infra cistulam, e qua pendent uvae, & se proripit serpens, quae omnia Baccho sacra: ex Gudio pag. XLIV. 4.*

213



213. In tertio versu pro A. ANGVLNIVS, scriptum suspicor A. AGVLNIVS. Ex aliis saxis cognita est antiquariis Agulnia familia. De clientibus Caesarum & eorum procuratoribus, alibi. Tiberius Claudius quartum Consul fuit cum L. Vitellio Nepote, tertium Consule, anno V. C. DCCC. Christi XLVII.

Ta-



*Tabula marmorea long. Rom. ped. III. & unc. I. alta vero unc. XIV. circiter, eruta est prope Caecinam in Agro Lunensi, ditiois Magni Ducis Etruriae, olim adservata in Aedibus Moreschiorum; anno MDCCXL. Florentiam translata, nunc exstat in Museo Marchionum Nicolini, quam pretio sibi comparavit Illustris. D. Abbas Antonius Nicolinus e Marchionibus Pontis Sacci Camuliani, veterum elegantiarum studiosissimus.*

214

*Dextra parte eiusdem Tabulae.*

D I V A E · P O P P E A E · A V G V S T A E  
 I M P · N E R O N I S · C A E S A R I S · A V G V S T  
 L. TITINIUS. L. F. GAL. GLAUCVS. LVCRETIANVS. FLAM. ROMAE  
 ET. AVG. II. VIR. IV. P. C. SEVIR EQ R CVRIO PRAEF FABR COS TR MILIT  
 LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF . . . . . ATO INSVLARVM BALIARVM TR MIL  
 LEG. VI. VICTRICIS. EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP NERONIS  
 QVOD BALIARIBVS VOVERAT ANNO A. LICINIO NERVA. COS II VIR  
 . . . . . ET Q A...VRIO NEPOTE VBE VELLETONI PONERE. VOTO COMPOS  
 . . . . . MINERVAE FELICITATI ROMAE DIVO AVG.

*Laeva parte eiusdem Tabulae.*

I M P · N E R O N I · C L A V D I O · D I V I · C L A V D I · F · G E R M  
 C A E S A R I S · N · T I · C A E S A R I S · A V G · P R O · N · D I V I · A V G · A B · N  
 C A E S A R I . A V G . G E R M . P . M . T R . P O T . XIII . I M P . XI . C O S . IIII  
 L. TITINIUS. L. F. GAL. GLAUCVS. LVCRETIANVS. FLAM. ROMAE. ET. AVG. II. VIR  
 III. P. C. SEVIR. EQ R. CVRIO. PRAEF. FABR. COS. TR. MIL. LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF. PRAELEGATO  
 INSVLAR. BALIARVM. TR. MIL. LEG. VI. VICTRICIS. EX. VOTO. SVSCEPTO. PRO SALVTE IMP  
 NERONIS. QVOD. BALIARIBVS VOVERAT. ANNO. A. LICINIO NERVA. COS. II. VIRIS. L. SAVFETO  
 VEGETO. ET. Q. ABVRIO. NEPOTE. VBE. VELLETONI. PONERET. VOTO. COMPOS. POSIT. IOVI IVNO.  
 M I N E R V A E F E L I C I T A T I R O M A E D I V O A V G V S T O

In-

214. Insignem hanc tabulam in lucem protuli in Parte II. huius Operis pag. 46. Post me iterum divulgavit Cl. Muratorius in novo Thesauro Inscriptionum antiquarum pag. CCXXVII. 4. sed quum in his editionibus irrepperint nonnulla menda, delenda nunc sunt, me fidem faciente, qui ipsam archetypam tabulam vidi, peraccurate exscripsi, & exscriptam diligentissime contuli. Manifeste scriptum est in secunda vel tertia linea L. TITINIUS L. F. GAL. GLAUCVS. LVCRETIANVS. non vero uti antea editum, aliorum fide, L. LICINIUS. etc. Hic L. *Titinius* Consul dicitur; sed quum in Fastis non nominetur, suffectum credere cogimur. Positus fuit hic lapis, ut observat Cl. Muratorius, anno Christi LXVI. Praecedenti *Poppea Augusta*, Neronis uxor, e vivis sublata fuerat, atque inter Deos relata; hinc illi DIVAE POPPEAE nomen. Anno Christi LXV. A. LICINIUS NERVA Consul processerat, eodemque Consule votum a *L. Titinio Glauco Lucretiano*, patria *Pisis*, quam indicat Tribus *Galeria*, conceptum, completum postea fuit anno Christi LXVI. quo elogium hoc marmore scriptum videmus. Exceptis duabus prioribus lineis, in utraque tabulae facie litterae perparvae sunt. Non raro occurrit A scripta absque transversa linea in hunc modum Λ: interdum etiam E, sed rarius, ita E. Littera G constanter ita C sulpta est. In quinta linea manifeste in marmore scriptum, post spatium fere trium unciarum, PROLEGATO. INSVLARVM. In septima linea marmor vitio suo, vel temporis corrosus; sed exemplo alterius inscriptionis, quae sequitur, suppletur lacuena, nimirum L. SAVFETO VEGETO. ET. Q. ABVRIO. In postrema linea ita supplendum quod deest: POSIT IOVI. IVNONI. Quum heic nominentur Duumviri, non dubito, *Pisanorum Coloniae* intelligi oportere: & facile crediderim hanc tabulam marmoream votivam *Pisis* positam


fitam fuisse, Caecinam postea translata; demum Florentiam. Quod deest in prima facie tabulae, suppletur ex alia sequenti; quae in ima parte sinistra inferiori in angulo aliquantulum fracta est.

*In Columna marmorea, quae hodie  
exstat in Coemeterio S. Michaëlis  
ad Lucianum in Agro Florentino  
inter Malinantilem & Montem  
Lupum, prope Villam Nobb.  
de Antinoris.*

215



*Pisis, ex Cl. Muratorio pag. cc. 7.*  
216



215. Hanc inscriptionem primus omnium edidi in Parte II. huius operis pag. 460. num. 84. ex me protulit doctissimus Muratorius in suo Thesauro pag. DCCXXXIX. 5. Iterum profero, quia in linea secunda perperam editum fuerat FLAMINIVS. marmor enim habet FLAMINIVS; de qua scriptura minime dubitandum monuit Cl. Dominicus Maria Mannius, qui vidit, & accurate exscripsit. T. Quintius Flamininus in Consulatu Conlegam habuit Q. Caecilium Metellum, cognomento Balearicum anno V. C. DCXXX. ante aeram Christianam CXXIII. Muratorio non videtur tantae antiquitatis haec, ut ipse ait, inscriptiuncula, quam suo loco in Fastis Consularibus editis in Tomo I. pag. CCLXXXVIII. praetermisit. In fine fractura ipsa indicat aliquid aliud scriptum fuisse; & forsitan columna haec miliaria censenda est.

*In*

*In Vico Pisano.*

217

DIS · MANIB ·  
L · CALPVRNI L · L · TIBYCI  
QVINTRIMATV · DECES

217. Protuli hunc lapidem in Parte II. huius Operis pag. 31. n. 26. & nonnulla adnotavi. Observandus antiquus mos elidendi: QVINTRIMATV h. e. *qui in trimatu.* idem postea in familiari sermone & in scriptis maiorum nostrum, Linguae Etruscae auctorum, invaluit. Iterum adferre operae pretium visum est; quia idem lapis apud Cl. Muratorium ita deformatus legitur: D. M L. CALPHVRNI L. F. IBERI QVI IN TVRMA T. VDRES ..... quem vide *Class. XI. pag. DCCCI. num. 7.*

*In ruinis Lunensibus: ex Schedis Cyriaci adfert Cl. Muratorius Class. XVI. pag. MCXII 3.*

218

A · OCTAVIO ERONI MAIORI  
COLONI ET INQVILINI

218. Muratorius haec adnotat: *Nulla, ut puto, monumenta supersunt, a quibus doceamur, Lunam Etruriae, Civitatem accepisse, Romanorum Coloniam. Ad id certo prodeundum nunc lapis iste idoneus videtur. Quamvis de hoc minime dubitem; mutilum tamen marmor esse arbitror in fine.*

*Ar-*



Arretii, ex Cl. Muratorii  
Thesauro pag. MCI. 5.

In Castro Novo Tusciae, ex eo-  
dem pag. XIII. n.

219

GENIO · INVICTO  
L · AVSIMVS · L · FILI  
VS · PVB · PARRIAN  
VS · C · C · MVNICIP  
ARRETIN · ANN  
X V  
SVA PECVN · D · D

220

IVNIVS · EVTYCHVS  
VNA · CVM · IVNIA  
FRONTINA · VXORE  
ET · TYCHE · CONTVBER  
IOVI · ET · FORTVNAE  
VOTVM · LIBENS · SOL  
V I T  
L · D · D · D ·

Arretii, in aedibus Leonardi Brandalii circa marginem urnae  
marmoreae, erutae anno MDCIV. dum puteus foderetur.  
Ex Schedis Donianis.

221

D · M · CASIRICI · PE ······  
RVFI MARINI QVI · V · A · III · M · X D ···  
CASIRICIA MAVRA SOROR  
FRATRI PISSIMO ERGA  
SE B · M · F E C ·

Prope Sestinum, apud Comitem Carpineum, ex Cl. Muratorio  
Cl. X. pag. DCLXXXVIII. 7.

222

D · M  
P A T T I P F C L V  
APRI AED · Q · III VIR  
IVR · DIC · EQVO PVBL  
V O L V S E N A C F I L  
A V G V R I N A  
C O N I V G O P T I M

Z

Lii

*Lunae, in Hortis Montecatiniurum, ex Cl. Muratorio pag. MCCCXXI.*

223

DIS MANIBVS  
L · C A T I O  
V E L O C I  
IVNIA PHYLLIS  
CONIVGI SVO B · M  
F E C I T

*Arretii in Cathedrali Ecclesia.*

224

P · HELVIO A · F · RVFI  
N O  
S E X V I R · A R · · · ·

*Florentiae, in columella trilatera in avita domo Nobb. Valoriorum,  
ex Schedis autographis Donianis.*

225

M · COSSVTIVS · M · L · DOA · · · · ·  
E VALERIVS · L · L · ANTIOC · · · · ·  
M A R M O R A R I  
F · P · D · D · L · M

*Sigillum aereum olim apud Cl. Petrum Andream Andreinium; ex eius Schedis.*

226

KAPITONIS  
CAES · N ♡  
SER · DISP

226. *Kapitonis ( forte Karitonis ) Caesaris Nostri  
Servi Dispensatoris.*

*Ar-*

*Arretii, in atrio domus ubi nunc Collegium Patrum Soc. Iesu, ex  
Schedis Cl. Muratorii Tom. III. pag. MCCXLIX. 4.*

227

D	.	M
C	L	A
V	D	I
A	E	
G	A	L
L	A	E
O	P	T
I	M	A
A	E	
M	A	T
R	I	
G	A	L
L	V	S
E	T	
P	O	S
T	V	M
A		
F	I	L
I		

*Ibidem, apud Eq. Gamurrinium m. 1655.*

228

V		V
M	.	C
I	N	C
I	V	S
M	.	F
.		
P	O	M
C	L	E
M	E	N
S	I	B
I		

*Tiferni, ex Cl. Muratorio pag. MDVIII.*

229

V	E	N	I	A	E	P	.	F	.	T	I	F	E	R	N	I	A	E
S	A	B	I	N	A	E	.	F	I	L	.	T	I	F	.	P	R	V
D	E	N	T	I	S	.	E	X	.	T	E	S	T	A	M	E	N	T
O	P	A	T	R	I	S	.	A	N	N	V	N	T	I	A	.	A	M
P	I	A	N	A	N	E	P	T	I	S	.	A	M	P	I	.	D	E
X	T	E	H	E	R	E	D	I	S	.	P	O	S	V	I	T		
L	.	D	.	D	.	D	.	D										

*Sestini, ex Muratorio V. C. Tom. III. Thef. pag. MCCLI. 5.*

230

DISMAN  
 CTRISIMPED  
 COGITATI ET  
 VMBRIAE MAN  
 SVETAE PARENTIB  
 TRISIMPEDI APER  
 IVSTVS PVDENS  
 PRVDENS FILI  
 PIISSIMI

*Bertinori, in Ecclesia Cathedrali, ex Muratorio pag. MDG.*

231

M · SCOEDIVS · M · L ·  
 RVFIO · MISETIA · C · L ·  
 ASTADIVM · MISETIA · C · L ·  
 PAMPHILA · SCOEDIA · M · L ·  
 PRISCA · SCOEDIA · L ·

*Clusii, apud Nobb. de Deiis, ex Cl. Muratorio Tom. III. Thef. pag. MCCLV.*

*Clusii, apud eosdem, ex Cl. Muratorio Tom. III. Thef. pag. MCCLVII.*

232

D · M  
 L · FAELERO  
 CAELERI  
 FILIPAT  
 B M

233

D · M  
 FONTEIAE  
 SEPTIMAE  
 MATRI  
 FONTEIVS  
 DIONYSIVS  
 FILIVS

232. CAELERI. Legendum proculdubio CELERI.  
 LA-



L A C O N I C I  
S E V S V D A T I O N I S

QVAE ADHVC VISITVR IN RVINA BALNEARVM  
PISANAE VRBIS

E X P L I C A T I O N E S

FRANCISCI ROBORTELLI. FRANCISCI MARIAE EQ. CEFFINII.  
IOANNIS RHODII. HIERONYMI BACCII. HENRICI NORIS.

I T E R V M E D I T A E

C V R A N T E

ANTONIO FRANCISCO GORIO

Qui integrum antiquum aedificium tribus Tabulis nunc  
primum adcurate delineatum dedit, & suas  
quoque nonnullas Observationes adiecit.

ANT. FRANCISCI GORI  
 AD NOBILISSIMUM  
 SPECTATISSIMUMQUE VIRUM  
 D. CAROLVM FREDERICK  
 ANGLVM.  
 EPISTOLA.



*Erpaucos esse hac aetate, qui studiosorum hominum curis faveant, ac manus adiutrices adferant, communis Italorum ingeniorum querela est. Indulsi tibi aliquando adrisitque amica fortuna, atque, ut veteres dixere, obsequens, ut in Te, VIR PRAESTANTISSIME, quae ad mea studia augenda, illustrandaque maximo adiumento sunt, feliciter invenirem. Vix annus elapsus est, ex quo te Florentiae novi, cognitum ob eruditionis praestantiam, ob acrimatumque iudicium, ob eximiam in observandis priscaevi monumentis difficillimisque Numismatis peritiam, ob egregiam comitatem, humanitatemque prorsus incredibilem ac singularem, statim dilexi. Investiganti tibi vetustissima Etruscorum monumenta, quae secundis curis meo Museo adiciam, quum ob virium ac facultatum mearum tenuitatem per Italiam, atque Europam iter suscipere minime possem, id pro me Te facturum egregio animo, bonaque voluntate recepisti, iamque maxima ex parte implesti, missis illustrioribus ad me Nationis nostrae monumentis, quae Bononiae, Venetiis, & Mediolani invenisti, & ea quoque*

que, quae tuis sumtibus redempta, in tuum Museum locupletissimum intulisti. Haec laus tua eximia est, bene de optimis artibus, bene de amicis tuis mereri. Testis Britannia tua, testis quoque Italia ac literatissimi homines, qui Te suspexere, tecumque amicitia coniungi voluerunt. Priscæ eruditionis thesauros omnes, quos Romæ diuturna mora acquisivisti, eaque omnia monumenta, quae ipse diligentissime delineasti, vel a pictore tuo summa cura delineanda curasti, quum Florentiæ esses, lubentissimo animo mihi aperuisti. Illustranti mihi Numismata maximi, ut aiunt, moduli, quae in Cimieliarchio Magni Ducis Etruriæ adservantur, quum archetypa omnia adcuratissime expendisses, observationes tuas, quae ad eorum opificium, raritatem, fidem, ac sinceritatem spectant, humanissime, ut adnotarem, declarasti. Huiusmodi quoque eximium in me tuæ eruditionis & amoris pignus, silentio minime praetereundem censeo; sed mentionem grato animo faciam in Praefatione eiusdem Operis, quod in publicum quantocius prodibit. Accedit quod Te favente, amicitia iunctus sum viro genere, atque eruditione conspicuo D. Smart Letbieullier Anglo Nobilissimo; cui etiam quae, & quanta debeam ob singularem in me eius benevolentiam, egregiumque bonas litteras iuvandi studium, opportunior alibi sese offeret id publice testandi locus. Est enim, ut scis, a Plinio in Praefatione Historiæ suæ praeclare dictum: benignum & plenum ingenii pudoris, fateri per quos profeceris. Vt igitur publice fatear, quantum, Te auspice, ac favente, ex tuo Italico Itinere, tuaque mecum necessitudine profecerim, offero Tibi munusculum, quod tuum est, Tibique maxime debetur, nimirum LACONICVM, SIVE SVDATIONEM PISANAM: quo monumento, (ad haec siquidem tempora perennat) nihil illustrius, nil tua cura dignius esse potest. Quum Florentiæ versareris illud diligenter delineatum mihi ostendisti, animum-

que

que meum, ut in publicum proferrem, vehementer accendisti. Ne quid huic operi deesset, multa notatu digna, quae ad Iconographiam interioremque prospectum pertinent, Pisis curarunt nobilissimi ornatissimique fratres Franciscus Canonicus Pisanus, & Thomas Albizii. Nunc igitur alia facie prodit, quam editum sit, curis, & observationibus insigne celeberrimorum virorum Francisci Robortelli Vtinensis, qui illud primus omnium illustravit; deinde Francisci Mariae Ceffinii Patricii Florentini, ex Equestri Ordine S. Stephani, Iohannis Rhodii, demum Hieronymi Bacci, & Henrici Noris. Neque etiam illud notatu dignum praetermittam, Te Amphitheatrum Lucense summa fide in pluribus Tabulis delineandum curasse: Te, ut sperare lubet, auspice, in lucem edendum. Has omnes lucubrations heic congerere volui, & nonnullas quoque observationes meas adicere, quo auspiciatus tuam, atque eruditorum hominum gratiam inirem. Quod enim Tu probaveris, qui eximio iudicio, exquisitaque eruditione polles, id etiam ab aliis probatum iri confido. Amicitiam nostram, quam Genius Antiquitatis mirifice conciliavit, hilari serenoque animo, accepta hac singularis meae in Te benevolentiae tessera, aeternum serva, meque adversus invidiam tuere, & vale.

FLORENTIAE.

Dabam e meo Museo VIII. Kalendas Septembres

Anno MDCCXXXVIII.

L.A.



## L A C O N I C I

## S E V S V D A T I O N I S

QVAE ADHVC VISITVR IN RVINA BALNEARVM PISANAE VRBIS

## A D F R A N C I S C V M L O T I N V M

## V O L A T E R R A N V M

## F R A N C I S C I R O B O R T E L L I V T I N E N S I S

E X P L I C A T I O.

•§ I. 50



Vanti veterum Romanorum monimenta, si quae adhuc nostra aetate alicubi existant, sint facienda, tum propter admirabile artificium, quod in iis exstruendis perspicitur, a summis architectis, & peritissimis fabris adhibitum; tum propter elegantiam ipsorum operum, & vetustatem, tute ipse scis, Lotine praestantissime, aut nemo potius teipso melius scit: habuit enim olim quaedam aetas sub optimis principibus, & Imperatoribus architectos, fabros, artificesque omnium rerum peritissimos. Quaedam rursus alia aetas, culpa plane, ut ego existimo, principum, qui ea negligebant, prorsus ineptos, ac rudes: verissimum enim illud est, honore artes, iacereque ea, ac dedisci, prorsusque ignorari, quae negliguntur: atque maioribus sane Illustris. ac Maximi Ducis Florent. II. COSMI, quem honoris causa nomino, viris Claris. ipsi Optimo Duci COSMO, tota non modo Etruria, sed universa

A a

etiam

etiam Italia, hac aetate, quicquid ubique venustatis est, ac nitoris in omni genere, non solum scientiarum & artium, quae litteris continentur, verum & harum, quae aut pigmentis, aut aere, aut marmore opera effingunt, posteris spectanda, acceptum referre debet; multos enim magno sumptu alit architectos, aetarios fabros, marmorarios, pictores, qui antiquitatem illam non modo apte imitantur, sed etiam adaequant, & superant. Exstabunt igitur passim in illius urbibus praeclara monumenta, quae annis permaneant innumerabilibus; & testatum relinquant apud posteros, quam multae eius generis artes, quae fere extinctae videbantur, virtute illius rursus excitatae, & singulari liberalitate sustentatae, amplissimisque honoribus cohonestatae viguerint. Verum haec, aut agam ego alias diligentius, aut alii, qui me doctiores sunt, de illo copiosius praedicabunt: nunc te oro, & obsecro, mi Lotine, ut haec mea, quae ad te mitto, libenter legas; Illustrissimoque Duci nostro, si videbitur, legenda tradas. Is enim, quod a multis audivi, ita omnem totius antiquitatis rationem tenet, ut nihil sit aut aere, aut auro, aut argento, aut marmore effictum, aut litteris vetustioribus consignatum, quod ille non exacte calleat, dignoscat, ac diiudicet. Verum audi quaeso, quid me impulerit ad scribendum. In Pisana hac civitate antiquissima, si qua in Etruria est, monumentum exstat perantiquum ad portam Lucensem, ipso etiam aspectu sanctum prope, ac venerandum: atque utinam superioribus annis maior aliquanto eius habita fuisset ratio a publicis Aedilibus, & Curatoribus viarum; aut enim integrum esset, aut in eius ruina saltem appareret vestigium aliquod formae illius aedificii; ut quicquid ab antiquis de eo genere, summo ingenio scriptum fuit, facile perspicci posset. Atque, ut propius rem ipsam attingam,

bal-

balneas exaedificabant veteres, quibus tum propter curationem corporum, tum propter oblectationem etiam (ut opinor) plurimum utebantur. Earum vero aedificandarum eadem ubique semper fuit ratio ab antiquis architectis, Romae primum, mox in aliis urbibus instituta; tanto quidem artificio excogitata, ut non difficile sit ad iudicandum, quantum ea aetas in omni genere artium excelluerit. Balnearum vero situs ac forma huiusmodi erat. Domicilia quatuor construebantur; quorum nomina haec erant: *Frigidarium*, *Tepidarium*, *Caldarium*, *Sudatio*, sive *Laconicum*; quae inserviebant viris, & totidem rursus, quae inserviebant feminis: ita inter se disposita, ut *Tepidarium virile* coniunctum esset *Tepidario muliebri*, & reliqua eodem modo cohaerent. De his quatuor domiciliis, praeter Vitruvium, Lib. v. meminit etiam Lucianus in *Hippia*: eam descriptionem, qui conferet cum hac, videbit belle convenire. Nec non Galenus Lib. x. *Methodi*, declarat his verbis: Εἰσελθόντες μὲν γὰρ ὀμιλοῦσιν ἀέρι θερμῷ, „ ἐπὶ δὲ ταῦτα εἰς ὕδωρ εἰσιᾶσι θερμὸν, εἴτ' ἐξελθόντες εἰς ψυχρόν. „ εἴτ' ἀπομάττονται τὸν ἰδρωῖτα: (1) & quae sequuntur. Paulo „ post idem undecimo ait: Ἐκ μὲν δὴ πρώτου μέρους τῶν λουτρῶν „ μεμνηῖθαι χρὴ ταῦθ' ὑπάρξαντα ὅταν ἐν καιρῷ λούονται: (2) & quae „ sequuntur: intelligit *Caldarium*: Μετίωμψ δὴπου πρὸς τὸ „ δῦτερον αὐτῶν μέρος ὅπερ ἡ αὐτὸ τὸ κυριώτατον προσαγορεύομενον „ λουτρόν: (3) intelligit *Tepidarium*: Μετέλωμψ ἐν αὔθις ἐπὶ τὸ „ τρίτον ἐν ᾧ ψύχεται μὲν ἀλύπως τὰ θερμοσμοῖα: (4) intelligit *Fri-*

A a 2

„ gi-

(1) Doctissimus Antonius M. Salvinius ita ad marginem libri: *Ingressi, fervido in aere versantur: mox aquam ingrediuntur calidam: deinde exeunt in frigidam. Postremo sudorem detergunt &c.* (2) E prima balnearum parte meminisse oportet haec evenire, quando in tempore lavent &c. Transeamus iam ad secundam eorum partem, quae ipsum praecipue balneum dicitur: (da' nostri Stufaiuoli si dice il Bagno) (3) Deveniamus rursus ad tertiam; in qua quae calefacta sunt, sine noxa refrigerantur &c. (4) Omnia vero ad naturalem modum redeunt, quemadmodum balnei pars quarta declarat; in quibus enim cun-



„ *gidarium*: Πάντα δὲ εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται συμμετρίαν,  
 „ ὡς διπλοῖ καὶ τὸ τέταρτον τῆ λουτροῦ μέρος, ἐφ' ᾧν ἤδ' ἐπράχθη καλῶς  
 „ πάντα, καὶ μετὰ τῷ τῆ ψυχρῆ χρῆσιν ἰδρῶσιν ἔτι: (5) intelligit  
*Sudationem*, seu *Laconicum*, de quo nos in praesentia  
 loquimur. Idem Galenus non multo post, inquit:  
 Εἰ μὲν ἐν αὐτάρκειᾳ εἴη θερμὸς ὁ πρῶτος οἶκος ἐν αὐτῷ γυμνωθεὶς ὁ κάμ-  
 νων εἰς τὸν δευτέρου εἰσκομιζέσθω: (6) in his verbis *Caldarium*  
 innuit, & *Tepidarium* sicuti prius, & ordinem ipso-  
 rum demonstrat: Ἔσω δὲ ὁ μέσος οἶκος οὐ μόνον τῇ θεσει, ἀλ-  
 λά καὶ τῇ κράσει τοσοῦτω τῆ προτέρου θερμότερος ὅσω τῆ τρίτου ψυ-  
 χρότερος. ἔσω δὲ αἴρ πῶν οἰκῶν ἀπάντων μήτε θερμὸς ἀκρῶς μήτε ψυ-  
 χρὸς ἀλλ' ἄκρατος ἰκανῶς καὶ μέτριως ὑγρὸς. ἔσω δὲ καὶ τῷ προεκ-  
 χυθέντος ὕδατος ἀκράτους διαφιλιῶς ἐκ τῆς δεξαμενῆς ὡς διαρρῆναι ἐξ  
 πάντων πῶν οἰκῶν. (7) Haec verba diligenter adnotanda,  
 quia omnia ex iis facile intelligi possunt, quae ad bal-  
 nearum antiquitatem spectant, Paulo post: Ἐκκομιθεὶς  
 δ' οὐτεῦθεν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν ἀθρόως βαπτέσθω μηδ' ἐπὶ βραχῷ χρονίζων  
 ἐν αὐτῷ: (8) in prioribus verbis de *Tepidario*, & *Calda-  
 rio* locutus est; in his postremis de *Frigidario*. Erant  
 igitur (ut redeam ad rem) balnearum simul aedi-  
 ficata domicilia octo, sicuti etiam nunc Pisis ex am-  
 plitudine loci, ubi parietinae sunt, & rudera, co-  
 gnosci potest. Existat vero hoc tempore ibidem in-  
 ter parietinas integrum ferme Laconicum, seu Suda-  
 tio a veteribus dicta; de qua praeter Vitruvium Lib.  
 V. meminit etiam Cornelius Celsus Lib. II. Cap. XVI.  
 his verbis. „Sudor etiam duobus modis elicitur, aut  
 „ sicco calore, aut balneo. Siccus calor est, & ha-  
 „ renae calidae, & laconici, & clibani, & quorun-  
 „ dam

Haec bene peracta sunt, & post frigidae usum, sudant adhuc. (5) Si igitur satis calidus sit primus oecos, in eo nudatus aeger in secundum inferatur &c. (6) Esto autem medius oecos non solum positu, verum etiam temperatura tantum priore frigidior, quantum calidior tertio (lego: ψυχρότερος, & τῆ τρίτη θερμότερος.) (7) Esto omnium oecorum aër, neque calidus acriter, neque ravior & frigidus, sed modice humidus: id vero continget, si aqua antea ubertim effundatur bene temperata e cisterna (i. ὡς διαρρῆναι) ita ut persuat per omnes oecos &c. (8) Elatus hinc, in frigidam statim immergatur; ne exiguo quidem temporis spatio in ea commorans.



dam naturalium sudationes, ubi e terra profusus  
 calidus vapor aedificio includitur, sicut super Ba-  
 ias in myrtetis habemus. In Laconico hoc Pi-  
 sano, quoniam ante congesta terra, & ruderibus erat  
 oppletum, praeter hemisphaerium superius, nulla  
 pars conspiciebatur; nunc vero postquam Aedilium  
 opera effodi locus coepit, omnes ipsius partes visun-  
 tur, & pavementum etiam ipsum, & pilae, quae  
 pavementum sustinent, & testudines, quae sub pa-  
 vimento sunt, & alvei quidam, qui inter parietem  
 sunt, & pluteum, & concameratae quaedam stru-  
 cturae, quorum omnium singillatim explicare ratio-  
 nem conabor, ita, ut si cum antiquorum descriptio-  
 ne, ac Vitruvii praesertim ( etsi breviter de ea re  
 scripsit ) voluerit aliquis conferre, plane videat omnia  
 belle convenire. Ac primum eorum explodenda sen-  
 tentia, qui quod nunc sub pavimento in testudini-  
 bus aqua visitur, aquaeductum fuisse putant, per  
 quem ex balneis calidis, quae ad tertium lapidem  
 ab urbe Pisana absunt, sub Iuliani montis radicibus,  
 positae aquae, in balneas urbanas influerent; nam  
 satis constat, cum esset Sudatio, non opus fuisse  
 aqua: deinde quis credat sub testudines pavimenti  
 aquas defluxisse; cui enim usui fuissent? aut quis  
 veterum de tali ductu, & fluxu aquarum est locu-  
 tus? Ea igitur, aqua pluvia est, ibi stagnans, quod  
 eminentior propter ruinas erat ille locus factus; sicu-  
 ti nunc satis patet intuentibus pavementum. Verum  
 de hac re satis: nunc reliqua persequor. Laconici usus  
 hic erat, ut homines in loco eo, vaporibus flammae  
 a testudinibus concameratis per alveolos egredientibus  
 excalfacto, desudarent; & mox aut in Tepidario, aut  
 in Frigidario, aut in Caldario lavarentur. Eius vero  
 aedificandi ratio haec fuit; ut rotundum esset, seu po-  
 tius octogonum: id vero necesse erat, cum hemisphae-  
 rium esset superstruendum: altitudo tanta parietum  
 usque

usque ad hemisphaerii inclinationem, quanta latitudo erat in inferioribus pavimenti partibus; id quod aperte visitur in hoc Pisano Laconico. Hemisphaerium in medio lumen ad circinum factum habebat, ad quod vapores, qui ascenderant per alveolos, communi concursu ferrentur, & exirent. Obstruebatur vero lumen illud in hemisphaerio magno quodam aereo instrumento, quod clypeum vocabant: erat enim, clypei militaris instar, rotundum; nam eiusmodi fuisse clypeum satis declarat Polybius in Lib. de castrametatione Romanorum, etsi Lascares parum apte vertit: neque quale esset scutum, qualis clypeus apud Romanos scisse videtur. Clypeum igitur catena ferrea aut reducebant, aut demittebant, ut pro hominum arbitrio, qui lavabantur, caloris temperatura fieret. Verba Vitruvii haec sunt:

„ Mediumque lumen in hemisphaerio relinquatur,  
 „ ex eoque clypeum aeneum catenis pendeat, per  
 „ cuius reductiones, & demissiones perficietur sudationis temperatura. Visuntur vero Pisus in Laconico etiam minora quaedam, & crebra lumina circa hemisphaerii lumen medium rotundum; de quibus etsi Vitruvius nullam facit mentionem, facile tamen credi potest, ea facta, ut facilius exirent vapores e Sudatione: atque sane id postulabat magnitudo caloris, cum praesertim hemisphaerium clypeo erat obstructum. Ea vero lumina crebra, cum sesquipedalia fere sint, contacta crediderim operculo aereo, ita tamen, ut ab una parte, quae ad hemisphaerii summitatem vergit, exitus pateret vaporibus. Hemisphaerii curvatura ima innititur firmo parieti, ubi altitudo Sudationis tanta est, quanta latitudo. Concamerationum solum sesquipedalibus sternebatur tegulis, quae in Pisana hac Sudatione non obscure cernuntur. Erant super eo solo exstructae pilae laterculis bestalibus, aut aliquanto etiam minori-

ribus; dispositae aequalibus inter se intervallis, adeo latis, ut supra binas pilas collocarentur singulae tegulae bipedales. Pilas vero vocamus fulcra quaedam, seu columnas parvas, quae eo, quo diximus, modo collocatae, & exstructae pavementum sustinebant. Altitudo earum pilarum erat duorum pedum; nam testudinum concamerationem ampliolem esse, non oportebat; ut facilius exalfieri posset Sudatio. De his pilis intellexit Statius, cum ait:

*Quid nunc strata solo referam tabulata, crepantes  
Auditura pilas; ubi languidus ignis inerrat  
Aedibus, & tenuemvolvunt Hypocausta vaporem:*

dicant alii quicquid velint; nam etiam Rhodiginus Lib. XVI. Cap. XLVII. locum hunc aliter interpretatur; meam vero sententiam verissimam esse demonstrabunt multo magis ea, quae postea a me dicentur. Pavimentum supra testudinem superstruebatur innixum pilis, & tegulis bipedalibus; atque eius conficiendi ratio haec erat. Trullisabatur testa calici mista; sicuti & hac nostra aetate fit in aedium pavementis. Eam vero compactam esse oportebat ita, ut in tantam crassitiem excresceret pavementum, quanta esset opus; tectorio, seu albario opere, ex marmore ita exciso, ut eius altitudo tenuis esset unius ferme digiti; quales laminae plumbeae, aut ferreae visuntur; si enim maior tectorii illius operis altitudo fuisset, pervadere ad summum vis caloris non potuisset. Iam vero, cum tanta esset pavimenti altitudo, & tectorii operis, mira quadam proportione tantus conficiebat calor, ut superstantium pedes oblectaret, & cum esset marmore ad unguem exciso politum, facile stratos etiam, ac iacentes homines recipiebat. Haec omnia apertissime visuntur; & conveniunt cum antiquorum descriptionibus. Pa-



vimentum inclinatum esse oportet ad hypocaustum, mediam; sicuti etiam in Sudatione Pisana nunc licet videre. Hypocaustum voco locum, ubi subter testudines pavimenti ignis subiiciebatur, a quo digrediens flamma sese per totam suspensionem sursum elevati pavimenti diffundebat, & evagabatur, donec ad alveolos pervenisset. Alveoli inter parietem Sudationis, & pluteum collocabantur ex testa facti; pluteum voco alterum veluti quendam parietem e regione alterius aedificatum, non admodum latum, sed simplici tantum transversarum tegularum positione exstructum: crebri autem erant alveoli, ut a multis partibus vapor se posset tollere. Longitudo alveolorum adaequabat altitudinem pavimenti; neque enim pertingebant solum testudinis; nam recipere non potuissent vapores. Alveolos hos, tubulos vocat Proculus titulo de Servit. Urb. praed. ubi ait.

„ Quidam Iberius nomine, qui habebat post horrea mea insulam, balneariam fecit secundum parietem communem; non licet autem tubulos habere admotos ad parietem communem, sicuti neque parietem quoque suum super parietem communem: de tubulis eo amplius hoc iuris est, quia per eos flamma torretur paries. Huius loci meminit Ioannes Ronchegallus Iuriconsultus clarissimus, dixitque, cum ante difficilis haberetur, mire illustrari posse inspectione eorum alveolorum, qui in Laconico Pisano sunt; atque ideo inferendum putavi. Unum me angit, quod video scriptum apud Vitruvium, inter parietem, & pluteum esse latitudinem sex pedum; cum exigua latitudo cernatur, ne unius quidem pedis. Crediderim igitur, aut Vitruvium respexisse ad multo maiores Sudationes, quales Romae erant propter hominum frequentiam; aut dictionem eo in loco esse corruptam: diligentius igitur res tota consideranda. Super alveolorum situ paries



ries Sudationis cavatus, concameratusque fiebat, eo ferme modo, quo solet fieri, cum simulacrum aliquod marmoreum, aut ligneum alicubi statuendum est. Suprema autem superficies eius concamerationis sursum versus vergebat ad hemisphaerium: atque id sane optima ratione videtur factum; nam vapor sese attollens in eam cameratam superficiem illidebatur, & repercussus ab ea ad medium hemisphaerii proolvebatur. Patet spectantibus res tota; nam adhuc fumosa fuligine camerae illae nigrae visuntur. Praefurnii cuiusdam os satis amplum cernitur in Sudatione hac Pisana, quod omnino sub pavimento erat: atque per illud a balnearibus (opinor) ignis subiciebatur, cumque Caldarium, aut Tepidarium esset coniunctum Sudationi, ab altera quoque parte usum Caldario, aut Tepidario praebebat; de quibus, quoniam nullum ipsorum exstat vestigium, non ausim quippiam pro certo affirmare. Haec ego diligenter in Sudatione Pisana intuitus sum, quamvis a Vitruvio omnia non exprimantur. Vir enim ille, quod suae aetatis hominibus nota esse putabat, multa praetermisit, neque posteritatem respexit, dum ea scriberet; argutius enim & subtilius fuissent singula describenda. Te autem oratum velim, mi LOTINE, ut pro tua autoritate, qua maxima es, ob incredibilem virtutem tuam, & sapientiam apud Illustr. Florent. Ducem, ei suadeas, ut Aedilibus Pisanae urbis mandet, curent loca ea omnia quamprimum effodienda, & expurganda. Sic enim, si ad pavementum (quod erit facile factu) deventum fuerit, omnia fortasse perspici poterunt, & cum antiquorum descriptione conferri. Non contemnenda haec est antiquitas monimenti huius in hac praesertim, vetustissima, & nobilissima urbe, in qua Optimus Dux omnium liberalium artium studia, pro sua singulari clementia, & liberalitate constituit, sedem-

que esse voluit Musarum, hoc est, ut ego interpretor, omnium earum disciplinarum, quae litteris continentur. Spectabunt studiosi antiquitatis, qui plurimi sunt, Sudationem hanc, seu Laconicum Pisanaum, magna cum animi voluptate, & miris modis ad totum hoc studiorum genus excitabuntur. Effice igitur, ut Optimus Dux velit, iubeatque Laconicum hoc, uti integrum nunc est, diligenter affervari, & occludi, ne in illud passim ab omnibus eatur, rursusque superstrui tectorium, quod nuper inde ablatum fuit: &, si libuerit etiam, clypeum ad medium lumen apponi, & omnia, quae videbuntur diruta, refarciri. Hoc si ab Optimo Duce (uti plane confido) impetraris, non solum me, sed etiam omnes antiquitatis studiosos in perpetuum beneficio tuo tibi devinxis. Confido autem, quoniam iamdiu perspexi, nihil maiore studio illum curare, quam eorum commoda & voluptatem, qui sese litteris totos dederunt. Vale. In Pisana Academia. Idibus Ianuarii MDXLVIII.

§. II. §.

Hanc ipsam Laconici seu Sudationis, quae adhuc visitur in ruinis Balnearum Pisanae Urbis, explicationem, quam edidit Franciscus Robortellus, postmodum in lucem iterum protulit Ioannes Rhodius vir doctissimus, subiecitque num. LX. post Emendationes & Notas ad Scribonium Largum, ibique pag. 114. haec subiungit.

„ Optatissimum sane votum. Sed non respondit  
 „ exitus temporum iniuria: qua non ruinas modo  
 „ edidit quotidie, sed in privatos abiectosque usus  
 „ tandem cessit aedificium. Quod olim inspectum  
 „ a me levius, ne curiosorum memoriam effugeret,  
 „ ele-

„ elegantissimi Viri Francisci Mariae Ceffini, Patri-  
 „ cii Florentini humanitate factum, quod in poste-  
 „ rum eruditis heic pateant, quae Robortellus for-  
 „ tasse negotiosior praeterierat.

„. III. „

I O A N N I R H O D I O

V I R O C L A R I S S I M O

F R A N C I S C V S M A R I A C E F F I N V S S .



„ Nter vetustiora civitatis huius praecla-  
 „ rissima monumenta inconcussum ad-  
 „ huc & nobile vestigium antiquitatis  
 „ conspicitur apud Lucensem Portam  
 „ ex superstitibus Balneorum fragmentis  
 „ SVDATORIVM omni ex parte incolome, licet incuria  
 „ neglectum publicorum Aedilium, ac paene notum  
 „ nulli indigenarum; vel quia fordescant domi, quae  
 „ foris gnaviter inquiruntur; vel quia, pauci quum  
 „ sint Pisani studiis hisce navantes operam, pauci  
 „ etiam sunt, qui venerandum istum ac fere sacro-  
 „ sanctum locum animadvertant. Amplissimum ibi  
 „ Thermarum spatium occupant parietinae ac rude-  
 „ ra, infelices ruinarum reliquiae, quae spinis &  
 „ urtica penitus obrutae obliterarent omnino quan-  
 „ cumque priscam memoriam, nisi solum hortensi-  
 „ bus areis destinatum palam faceret aliquando ab-  
 „ sconditos vetustatis thesauros, & excitaret fabri-  
 „ cam inter congestos lapides, desiectaque funda-  
 „ menta iacentem, in quam quum inscii cultores  
 „ offendunt, aut bipalium laedunt, aut ligonem ob-  
 „ tundunt. Numquam ibi balnea credidissem, nisi

B b 2

„ cu-



„ curiosa quadam indagazione, quum Pisas tiro me  
 „ contuli, rogassem huius Studii Professores, ut stru-  
 „ cturam illam docerent, quam ingenti ruina fuisse  
 „ quondam coniectabam insignem. Mirabar lateri-  
 „ tiam molem, gliscente bellorum rabie, & irato tem-  
 „ poris morfu, in duas partes discissam, efformare  
 „ duas veluti turres, ubi cellarum apparerent vesti-  
 „ gia, & fornicum arcuatae testudines, & ductiles  
 „ tubulorum canales conspicerentur. Earum altitu-  
 „ do iam decurtata ad XXX. fere ulnas accedit: cras-  
 „ situdo quaquaversum decempedalis est; sed an-  
 „ gulos, aut versuras crediderim, vel aliquam bal-  
 „ nei partem, qua camerae iungerentur, quum ibi  
 „ nullus sit murus, aut alterius formae dignoscatur  
 „ figura. Exterior superficies ex lateribus constat:  
 „ interior materies ex duro tenacissimoque caemen-  
 „ to. Supremum verticem caprificus oleaeque silve-  
 „ stris frutex obumbrant; inferiorem partem herbosi  
 „ virentesque cespites circumcingunt: ad dextram  
 „ Lucensem portam ingresso muri humiliores visun-  
 „ tur iucundi specie, sed deformati fracturis: quo-  
 „ rum fundamentis nititur casa, & salgamarii cu-  
 „ iusdam officina, ut magnificam Laconici substru-  
 „ ctionem imbricato tecto novisque parietibus indu-  
 „ ctis undequaque celatam tegat. Per angustum ta-  
 „ men ostiolum ad angustum patet aditus aedificium:  
 „ quod tam priscam redolet maiestatem, ut, si ni-  
 „ hil ei detractum aut additum foret, horreret qui-  
 „ cumque ad aspectum loci tam affabre fabrefacti  
 „ percussus. Minuit aliquid formae furnus ibi olim  
 „ a pistore constructus, admotosque impedit gres-  
 „ sus lignorum & focularium fascium coacervata con-  
 „ geries. Mirifice tamen oculos recreat testudo, nul-  
 „ lo visum effringente impedimento, caligine ac fu-  
 „ mo aliquantisper ad fenestras & hemisphaerium  
 „ denigrata. Heic ego saepius cum auditoribus meis  
 „ ad



„ ad animi fatigati levamen singillatim sum con-  
 „ templatus unamquamque loci particulam. Heic  
 „ Rinaldinus noster, egregius Physices Mathesisque  
 „ Professor, remotis per amicas manus impeditio-  
 „ bus, ut potuit, formam ad vivum delineavit.  
 „ Delineaverat etiam meis precibus Navarrettus  
 „ Eques, & equestribus ornamentis & pictura prae-  
 „ cipue insignis. Sed antequam postremam apposu-  
 „ isset tabulae manum, mors admota falce fatali &  
 „ lineas & vitam delevit. Heic videre est cuicum-  
 „ que, ut per alligatam graphidem cernes, non  
 „ rotunda, sed octogona forma Sudationem constru-  
 „ ctam, tum ad pulcritudinem augendam, cum  
 „ etiam ad praebendam sudandi commoditatem. Vi-  
 „ debis eam in octo partes distingui, totidemque  
 „ fenestras in hemisphaerii pandere curvatura, ut  
 „ lucidiori fulgore convestiretur: quadratas animad-  
 „ vertes, & eo ordine concinnatas, ut singulae sin-  
 „ gulis respondeant, & orbiculare foramen in te-  
 „ studinis summitate cavatum apta circumvallatione  
 „ coronent. Vnaquaeque pars concavo muro ac su-  
 „ perficie usque ad inclinationem concamerata adin-  
 „ star statuariae thecae sessionem struit mirificam,  
 „ qua quum balneatores insisterent, vapor rotundi-  
 „ tate illis ac repercussus sudorem facilius e su-  
 „ biectis corporibus eliceret. Pavimentum inclina-  
 „ tur ad hypocaustum; ubi subter testudineas caveas  
 „ ignis per propnigaeum, quod non longe abest,  
 „ paulatim ingressus per suspensionem sursum subli-  
 „ mem ubique intus ad tubulos vagaretur. Testa-  
 „ cei enim crebrique, seu tubulos, seu canaliculos  
 „ voces, exsteriori muro Sudationisque pariete con-  
 „ clusi, usque ad solum testudinis extenduntur, ut  
 „ calor facilius per eos loculamentis infunderetur.  
 „ Solum ipsum pedum iactatione percussum gemi-  
 „ tum edit non iniucundum, & concamerationem,  
 „ „ quam

„ quam fodiendo inveni, per semetipsum ostendit.  
 „ Sustinetur testudine, nititur pilis, & bipedalibus  
 „ tegulis, & iisdem sesquipedalibus aliquibus in lo-  
 „ cis consternebatur, crassitie non admodum pin-  
 „ gui calce trullissatum, & testa, ut admota intus  
 „ flamma levior superstantium titillaret pedes, &  
 „ iacentium membra moderato calore foveret. Eius  
 „ latitudo eadem est cum altitudine Sudatorii, si eam  
 „ usque ad hemisphaerii curvaturam firmo parieti ni-  
 „ xam dimetiatis; non autem ad summitatem, ul-  
 „ narum scilicet undecim, sive, si malis, palmis  
 „ Romanis metari XXXVI.

„ Haec omnia ad exquisitam trutinam si perpen-  
 „ dantur, Vitruvii, Celsi, Galeni, aliisque scri-  
 „ ptorum locis respondent, nec ab erudito Balneo-  
 „ rum Tractatu Baccii separantur, neque ab huius  
 „ Laconici descriptione a Robortello confecta di-  
 „ screpant. Duae tamen animam ancipiti dubieta-  
 „ te difficultates discruciant. Vnum, quod pilas  
 „ ab eo accurate delineatas invenire mihi non licuit,  
 „ diruto pavimento; forsan insciorum manibus dissi-  
 „ patas, ruderibusque sepultas. Alterum, quod tot  
 „ luminum usum investigare adhuc sedula indaga-  
 „ tione non valui; quum foramen illud in circinum  
 „ excavatum satis amplum ad illustrandam ex he-  
 „ misphaerio cellam videatur. Nec praeter illud,  
 „ ex quo aereus clypeus apte suspensus catenis pro  
 „ cuiusque arbitrio demissione ac reductione perfici-  
 „ ebat sudationis temperaturam, ullum aliud apud  
 „ scriptores inveno. Robortellus sesquipedales ha-  
 „ sce fenestras ita contactas aereo putavit operculo,  
 „ ut ex superna parte ad testudinis culmen vergen-  
 „ te exitus pateret vaporibus, ne ignei vis caloris  
 „ sudantes opprimeret aut suffocaret. Sed eius sen-  
 „ tentiam meis calculis approbare vix possum, quum  
 „ potius ad ornatum, quam ad necessitatem factas

„ in-

„ indicent satis scriptores, qui eas omnino praeter-  
 „ mittunt. Potest tamen facile fieri, ut obicibus  
 „ vitreis, aut lucidis lapidibus, quos speculares ap-  
 „ pellat Plinius, conveſtitae vaporem retinerent va-  
 „ gantem, & lucem luculentioreſ admitterent, va-  
 „ pore nimio per amplius foramen emiſſo. Ego ta-  
 „ men id lubentiſſime doctiorum coniecturis, & tuis  
 „ remitto, ſola loci deſcriptione contentus.

„ Habes igitur V. Cl. poſt longum temporis in-  
 „ intervallum exoptatam diu Piſanae Sudationis ima-  
 „ ginem, ſi minus ad vivum expreſſam, certe iis  
 „ coloribus adumbratam, qui eam in tenebris lati-  
 „ tantem non ſinent. Verum Te, RHODI amantiffi-  
 „ me, precor atque obteſtor, Scribonium Largum,  
 „ quamprimum expurgatum, auctum, illuſtratum  
 „ tuis notis, ſpicilegiis, lucubrationibus reddas;  
 „ quibus Romanus Archiater tandem integer, in-  
 „ corruptus Medicinae Latinaeque linguae ſtudioſis  
 „ reſtituatur. Vale diu. Datum Piſis, Nonis Apri-  
 „ lis. Anno CIO ICCLII. ſtylo Piſano.

IOANNIS RHODII  
S E L E C T A  
D E A N T I Q V I S B A L N E I S

*Ex Emendationibus & Notis eiusdem ad Scribonium  
Largum num. LX. pag. 103.*



**B**ornace balneariorum,] Huius vice fungitur apud medicos nostra aetate chymicorum ignis, quem *reverberii* appellant; maiori etiam compendio fornax calcaria. Enim vero calore opus est vehementi, cuiusmodi balneariorum: quae loca olim balneis destinata. Eorum hunc situm Columella rei rusticae Lib. I. Cap. VI. praecepit: *Balnearia occidenti aestivo advertantur, ut sint post meridiem & usque in vesperum inlustrata.* Et Vitruvius Architect. Lib. VI. Cap. VII. *Balnearia occidentem hibernum spectent.* Itemque ad uberiores fortassis calorem, Cap. IX. *Balnearia coniuncta sint culinae.* Uterque bene; lavacra enim apud antiquos vesperi celebrata, ubi quovis anni tempore specularibus labentem diem excipere opus erat. Quod potissimum de privatis balneis intelligo; cuiusmodi Tullius ad Atticum Lib. XIII. Ep. XXIX. in villa etiam balnearia memorat hiberna: quae cum aestivis forsan Plinius eleganter Lib. II. Epist. XVII. & Lib. V. Epist. VI. clarius ob oculos ponit, meritoria collaudans e publicis; quae non oppidorum modo, liberali Imperatorum indulgentia populo exhibita; etiam si ne haec quidem semper fuere sine mercede, aera-rio nempe Caesarum prodigalitate, bellique cladi-  
bus



bus exhausto, & crescentibus immane tot dilinimentorum sumtibus; verum etiam civium, qui ea locabant: qualia Martialis memorat Lib. I. Ep. LX.

*Lupi, tenebrosaque balnea Grylli.*

Quibus & gratuita ab Agrippa primum instituta hospitibus accessisse planum faciunt lapidum tituli: quae etiam privata lautioribus interdum fuerunt. Sed quoniam populus non ad solam valetudinem, verum ad delicias frequens in publicis lavabatur, variique non optimae interdum notae sese intermiscebant, Catullus lepide Carm. XXXIV. *O furum optime balneariorum*. Vestium nempe insidiatorem versutissimum notat; quem Iul. Paulus receptor. Sententiar. Lib. v. Tit. III. *furum sive raptorem balnearum*: Tertullianus in Apologetico *lavantium praedonem*; & Lib. de Fuga in persecutione Cap. XIII. *furum balnearum* nominat: cui sceleri Aristoteles mortalem sancitam refert legem Probl. XXIX. Sect. XIV. Mitiori tamen iudicio Vlpianus in L. I. D. De fur. baln. eos extra ordinem audiendos pronunciat. Nec facinus praeteriit Epicetetus, integerrimae vitae philosophus, Enchiridii Cap. IX. Singulas quidem balneariorum partes haec persequi non est mei instituti, quanquam & in tanta priscorum rituum obscuritate foret operae. Balneorum nihilominus formam Ioannis Antonii Sicci Cremensis diligentia vulgatam inspicere iuvabit: quandoquidem Frigidarii, Tepidarii, & Caldarii veriore ostendit speciem, quam e Vitruvii Lib. v. Cap. x. Gulielmus Choul, & Andreas Baccius. At vero perspicaciorem Seneca videtur Caldarii modum docere Natural. Quaest. Lib. III. Cap. XXIV. *Facere solemus dracones & miliaria, & complures formas, in quibus aere tenui fistulas struimus per declive circumdatas; ut saepe eundem ignem*

*ambiens aqua per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est.* Vbi miliarium vas altum & angustum colliges e Palladio de re rust. Lib. v. Tit. iix. quod Lib. i. Tit. xi. plane descripsit. Nec fortassis praeter sententiam apud Senecam legeris *circumductas*. Fornacis autem structura, non usque adhuc manifesta, paulo curiosius investiganda. Imam ea partem aedificii sub pavimento hypocaufti occupabat, quemadmodum & hodie in balneis populorum Orientalium. Apud Romanos vero tubulis fictilibus undique parieti sursum insertis, per omnes thermarum cellas vapor ferebatur: unde calor pro ignis modo varie temperatus. Nec aliter apud Stoicorum principem in Naturalibus balnearia sine igne calefiunt. Addit enim: *Spiritus in illa fervens loco aestuanti infunditur. Hic per tubos lapsus, non aliter quam igne subdito, parietes & vasa balnei calefacit.* Meliori consilio satisque ingeniose nuper Dominicus Panarolus Medicus Romanus, Despotici Calathini nomine, tubulorum orificia suadet obturari tegula, ut vaporibus fumosis exhalantibus per infundibulum peculiare, solo spiritu incalescant; cui pariter spiramentis magis minusve occlusis ex arbitrio modum ponere licebit. Eundem suspicatur Laurentius Ioubertus De Gymnasiis Cap. ii. fuisse clypei aenei usum apud Vitruvium Architect. Lib. v. Cap. x. quem pauci haecenus assequuti, imo interpretes obscuritate rei deterriti praeterierunt omnes, neque Choul attigit. Illorum etiam nunc in thermis Diocletianis, non longe a Quirinali, Romae quidem supersunt fragmenta: sed omnium evidentissime in veteris Hypocaufti vestigiis Claudius Menetrius Bisuntinus celebris non ita dudum apud Eminentissimum Franciscum Barberinum omnis antiquitatis condus in Castris Candolfi civitatis Albanae territorio vidit. Romanum vero luxum iure insectatur Annaeus Epist. LXXXVI. quando

do non calere, sed ardere balnea queritur. Inde Lampridius de Commodo: *quum tepidius forte locus esset, balneatorem in fornacem coniici iussit*. Immane facinus! At quidvis in servos licuit, qualis fornacator ille, cui succedendi ignis cura fuit. Nec mirum, insignem fuisse vim caloris, modo ei pabulum non deesset. Plumbeos enim canales frequentes ac spissos eosque quadratos monstrat Romae Laconicum aedi S. Ceciliae contiguum, in quo sub Clemente IIX. Summo Pontifice corpus eius fuit repertum. Incomparabili Equitis a Puteo humanitate orthographia eius curiosis a me oculis fideliter committitur. Ex his optime intelligitur Proculus in L. *Quidam Iberius XII. ff. de Servit. urb. praed. Quidam Iberius nomine, qui habet post horrea mea insulam, balneariam fecit secundum parietem communem. Non licet autem tubulos habere admotos ad parietem communem, sicut nec parietem quoque suum super parietem communem. De tubulis eo amplius hoc iuris est, quia per eos flamma torretur paries*. Mihi vero locus hic de mendo semper fuit suspectus. Legendum quippe censui *balnearia*. Nec aliter in Pandectis Florentinis, tametsi Accursius *balneariam* facere interpretur balneum omnibus praebere, ea notionis forma qua receptum est *argentariam exercere*. Quidquid sit, eiusmodi occultum iter Vlpiano in L. III. §. Hoc interdictum ff. de Rivis, vere appellatur *cuniculus*, per quem vapor trahitur in *valneariis vaporibus*, ubi in vulgatis codicibus est *balneariis vaporariis*. Notius enim quam ut multis probem, veteres B in V commutasse. Iurisconsulto autem praeivit Plinius, apud quem Lib. XX. Cap. XXXIIX. *cuniculi fornacis longinqui*. At solis tamen balneis eiusmodi tubulos non fuisse aptatos, indicat Seneca de Providentia Cap. IV. *Cuius caenationes subditus & parietibus circumfusus calor temperavit: hunc levis aura non sine*



periculo stringet. Quanquam & aliam rationem ostendit Plin. Lib. v. Ep. vi. *Cubiculum hieme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur. Cohaeret Hypocaustum, & si dies nubilus immisso vapore solis vicem supplet.* Suorum vero temporum inventis adscribit Annaeus Epist. xc. *Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus: ut suspensuras balneorum, & impresos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foveret aequaliter.* Quanto frugalior Hippocratis aetate Laconici fabrica, qui Lib. de Victu acut. Comm. iv. T. XLIV. *σκέπη ἀκαπνοῦ δει: Tugurio sine fumo opus est. Alii Τεῦτο opus est sine fumo. Verius, operimento.* Nec ea cessisse Graecis Romanorum primos, fatetur idem Ep. LXXXVI. *quando in Scipionis Africani villa balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua memorat.* Quid vero σκέπη Coos, non usque constat. Galenus etiam rem obviam brevitatis forte studio non exposuit. Formae orbicularis tale quidem tectum ex vitreis laminis in Ægypto visum perhibet Prosper Alpinus Med. Ægypt. Lib. III. Cap. XIV. cuius generis in Orientalibus etiam plagis passim. Nec de balnei splendore aliter accipiendum arbitror Stoicum: *Vitro abscondi cameram, latisque specularibus in caldarium diem admitti.* Adeo temporis processu plurima nata sunt, iam crescente luxuria! Tholum autem fuisse, quales templorum Italiae, suadet balnei amplitudo, cui tectum vitreum non modo foret sumtuosum, sed minus ab iniuriis tutum. Et sane Caldarium Galenus de Sannit. tuenda Lib. III. Cap. XIII. ad Quinti mentem *ξηρὸν βαλανεῖον: siccum balneum* dixit. Fumum suis igitur spiramentis ita avertendum praecipit Coos, ut ne lucis usum intervertat. Vetus tatis inventum ingeniose, ut cetera, imitatus recta victus ratione, μακρόβιος ille nobilitatis Venetae splendor Aloysius Cornelius in aedibus Patavii suis, ad D. Antonii ba-

fili-



filicam Museum subterraneis tubis instruxit : quod Sebastianus Serlius Bononiensis Architect. Lib. VII. Cap. III. fidibus aptissimum praedicat. Argumento per quam obscuro facem praeferet Laconici Pisani descriptio, quam paucis obviam Viri eruditissimi Francisci Robortelli diligentiae debemus, digna quae hoc loco reponatur.

•• V. 50

# ANDREAE BACCII

ELPIDIANI CIVIS ROMANI

DE LACONICO

ET DE SOLIIS BALNEORVM

*Ex eius Opere de Thermis Lib. VII. Cap. X.*



Rdines quidem balnearum in Thermis duos diximus, utrinque scilicet ab Hypocausto unum, teste Vitruvio: alterum virilium, alterum muliebrum; nam ut scribit Gellius Lib. X. Cap. III. auctoritate Varronis. 2. de Analogia, pudor non patiebatur utrumque sexum simul lavari; sed commoditas coniungi desiderabat. Quanquam in his, quae post Varronis, & post Vitruvii aetatem factae sunt, haec distinctio non fit mihi verisimilis: quando aucto ritu exercitationum, ac lautitia in Thermis, vix publicas potuisse virorum frequentiae sufficere videtur. Itaque promiscuas potius ex eo tempore fuisse reor, ac honestis mulieribus satis fecisse privatas, vel quas principes matronas

con-

constituisse iam scripsimus, Agrippinae Neronis matris balneas, Olympiadis, atque alias. Camerae in quoque ordine quaternae, Laconicum, Calidarium, Frigidarium, & Tepidarium: vel ternae ad minus. Hoc enim non videtur dubitandum, non fuisse Thermas uno stilo ubique, neque uno ordine partium, & tam in publicis, quam in privatis: & hinc in auctoribus tanta earum invenitur varietas: quatenus ponit Celsus lib. 1. cap. 4. dum scribit, sub veste primum paululum in Tepidario sudare solitos: tum transire ad Calidarium, ubi sudabatur largius, quod ponit pro Laconico: tumque aut in Calidam descendere, aut in Tepidam; deinde in Frigidam. Easdem ponit Galenus Lib. X. Methodi, a Laconico incipiens: *Primum enim, inquit, ingredientes in aëre versantur calido: hinc secundo in aquam calidam descendunt, quod proprie λουτρόν ait appellari. Ab hac mox in tertiam Frigidam ibant: & tandem in quarta sudorem detergebant*, quod erat Tepidarium, seu Apodyterium graece dictum; in quo & Celsus dicit, se novissime, qui se lavissent, abstergere, & ungere consuevisse. Quem plane ordinem & in his Thermis, quarum videmus vestigia, servatum invenimus. Exstat Laconicum ad sudationes in quoque primae faciei angulo unum, idque non adeo magnum; huius enim partis non erat usus communis, neque adeo necessarius omnibus, ut quibus satis ad sudandum exercitia fecissent. Sed imbecillis proprius, & qui minus validi ad exercitia, sudores hoc loco excitabant: subinde intrabant ad ceteras balneas. Nomen autem deduxit a Laconibus: quos hunc ritum primo instituisse, Plutarchus in Alcybiadis Lacedemonii vita est testis. Graeci aliquando πυριζήριον, & nonnullis ὑποκαυσθὸν dictum, ob igneum in eo vaporem: Latinis modo *Calidarium*, modo *Cella calidaria*: Senecae *Sudatorium*, *Laconicum* vero com-

munitur omnibus, & Ciceroni quodam loco ad Atticum. Suetonius in Vespasiani Caes. vita, *Sphaeristerium* hanc partem appellat a figurae rotunditate. Locus quippe concameratus ac rotunda specie, habens, auctore Vitruvio, in hemisphaerio lumen, ex eoque clypeum aeneum cathenis pendens, per cuius reductiones, ac demissiones perficeretur sudationum temperatura, vaporibus nimirum sic retentis, vel difflatis. Erat autem huius instituti ratio, ut scribit Dion in Annalibus, ut fusc intrantes in hac parte sudarent, & subinde unctioe adhibita, statim descenderent in frigidam. Quod plane clarius ex Galeno fiet postea, ac a Martiali obiter tangitur in Etrusci Thermis, ad Oppianum tribus verbis.

*Ritus, si placeant tibi, Laconum,  
Contentus potes arido vapore  
Cruda Virgine, Martiaque mergi.*

Virginem dixit, & Martiam in his balneis Romanas aquas blandissimi frigoris. Videtur autem Laconici aërem, siccum quidem fuisse, atque igneum; tepidum tamen aquarum vaporem potuisse suscipere. Proinde Celsus in eo, *affas* dixit *sudationes* Lib. III. Cap. XXVII. alibi *exsicari* dixit corpora: Seneca *examinari*, Galenus & alii medici interdum *elixari*, Oribasius plane aërem fervidum dixit, ac praehumidum in Laconico. Quod rationi consonum fit: nam ex aestuariis, partim quidem siccis, ex quibus iam diximus ab Hypocausto occultos penetrare ignes in cameras; partim aqueis per suos tubos ac spiracula, vapores misti ad hemisphaerium Laconici petentes, sub curvatura magni clypei in tenuissimas convertantur aspergines, quae imbrium modo super capita eorum, qui morabantur in Laconico depluebant. Idipsum obiter, sed claro exemplo expli-

plicat Aristoteles, seu quivis alius author in III. de Plantis. *Quemadmodum*, inquit, *calor in balneis humorem trahit, & in vaporem convertit, qui elevatus, ac multiplicatus* (nimirum sub clypeo Laconici) *in guttas vertitur*. Potest autem haec prima pars suo tenui calore (dicebat Galenus X. Methodi) referatis undique meatibus, liquatisque per totum superfluis, sudores, utilesque madores elicere, quae inaequalia sunt aequare, cutim laxare, & multa, quae sub hac detenta erant, vacuare. Ex Laconico aditus in Calidarium, quod proprie λουτρόν, hoc est lavacrum dicitur, eodem teste, & calidum folium. Patet autem haec pars, duplex magnitudine ad ceteras cameras: ut cuius in balneis maior erat necessitas, longior in eo fiebat mora, ac usus frequentior, praesertim minus validis ac imbecillis. Vbi meminisse oportet ex Celsi verbis, quae paulo ante retulimus, vel in calidam fieri descensum, vel in tepidam, & quasi ad utentis arbitrium potuisse temperari. Et Galenus in 3. de San. tuenda idem videtur asserere, nimirum quod in calido folio aqua, ex vasis, quae diximus, miliariorum calidis, tepidis, ac frigidis, poterat ad usum trifariam comparari, nempe temperatam fieri, tepidam, ac iusto calidiorum. Quam tamen varietatem non video potuisse fieri in publicis lavationibus; sed in privatis, vel ad privatos usus. Nam in Thermis, parabatur a Balneatore aqua ad usum publicum, uno tenore calida: vel attemperata semel pro multis. Quod declarant auctoritates scriptorum, qui alias Thermas appellant frigidas, alias blandas, alias fervidas: uti frigidas significavit Martialis in primo Epigrammatum.

*Aestivo servos, ubi piscem tempore quaeris,  
In Thermis serva, Ceciliane, tuis.*

Idem



Idem in x. Neronianas indicat fuisse calidissimas, eo epigrammate.

*Temperat haec Thermas, nimios prior hora vapores  
Halat, & immodico sexta Nerone calet.*

Meminit Plutarchus in Symposiis Graecos primum, & item Romanos lenibus, ac tepidis dumtaxat usos, quasi pro modestia: ut Alexander Magnus in balneo febricitans dormierit, & Galatarum mulieres pulstem cum pueris suis inter lavandum esitare consuevisse. Postea acerrimas, ac laniantibus similes corpora parari aquas coepisse. Atque hinc usui erat Frigidarium, seu frigidum Solium tertio loco, in quo aqua exquisita, ad hunc videlicet usum, inquit Galenus x. Methodi, ut quae fuerant excalesceta, sive in anterioribus Soliis, sive in exercitiis, hic refrigerarentur, ac vires densata cuti firmarentur. Qui enim, subdit, hoc modo a calidis lationibus, sudationibusque Laonicis statim in frigidam non descendissent, paullo post transpirato immoderatus calido innato, totum corpus frigidius evasisse sentiebant. Quod sane frigidae lavatio fieri prohibebat, totum semel corpus constringendo, & constipando, non secus atque accidere solet calenti ferro, quod quum in frigidam mittitur, & refrigeratur, & induratur. Atque huius rei causa potissimum constat inventa fuisse balnea, pro imbecillium videlicet corporum robore: hoc est ut imbecilla corpora praecalfacerent, itaque ad frigidam Solium praepararent: adeoque praevaluit semper frigidarum usus, ut vix quidam aliis balneis uterentur. Charmis Massiliensis Medicus, aetate Neronis, scribit Plinius Lib. XXIX. Cap. I. damnatis prioribus medicis, ac balneis, frigida lavari hibernis etiam algoribus persuasit: merfit aegros in lacus. Videbamus senes consulares in

ostentationem usque rigentes. Ex frigido tandem Solio erat exitus in Tepidarium, tepidi scilicet aëris, quod diximus Apodyterium, sive Spoliatorium; & erat finis in balneo. Ante Tepidarium tamen in Diocletianis commode est ( ut videtur ) Cella Olearia, eademque Tonstrinae fortasse locus, ubi nimirum olea fervarentur, atque unguenta, alique odores ad opportunos usus, ut qui vellent, barbae, & capillorum cultui vacarent. Erat autem haec pars una de necessariis, ac essentialibus ( ut ita loquuntur ) in toto ritu Thermarum, quando hic mos erat communissimus, ut quisque lotus, simplicis saltem olei unctione uteretur; tum ut sudores inhiheret, tum ut se ab extrinsecus ambientis iniuria vindicare posset. Hunc enim tenorem in omnibus fere, quae huc sparsim adductæ sunt, auctoritatibus observabis: primum legitur exercitium, deinde balneum, ubi frictio fiebat, & deterfio; mox statim frigidae lavatio; postea cibus & potus, ultimo somnus. Proinde recolo me legisse pluries in vitis Principum, sicut inter munera publica erat Congiarium, erat Recta, erat Sportula, ita oleum aliquando publice donatum, quo in communi veluti gaudio, quisque frueretur in balneis; nimirum vel Thermis tum primum dicatis, vel fastu aliquo Principis. Vnctionum vero, quas quisque sibi privatim deferebat ad balneum, luxus legitur inæstimabilis. Qui delicate viverent, vel imbecilles, odoratis unguentis refovebant spiritus. Quosdam legimus iussisse spargi parietes unguento; ut simul ( equidem puto ) & lavarentur, projectis in alveos ita imbutos aquis ipsis, & ungerentur; sic penetrante exactius unguento, & odorem, virtutemque suam diutius servante in corpore. Atque ita Caium Principem solitum lavari, testis est Suetonius. Scribit Lampridius, Heliogabalum nunquam in Piscinis lavari solitum, nisi illae

cro-

croco, aliisque preciosis unguentis perfusae fuissent. Vel plane conspersis eo modo ad luxum parietibus utebantur, ut dum quis se parieti confricaret (quod aliqui facere solebant, ut apud Spartianum in Hadriano legimus) sine ministris, ac etiam propriis manibus perungi liceret. Nero autem profusissimus, non solum calidis balneas spargebat odoribus; sed frigidis quoque unguentis lavabatur, scribit Plinius. Recensentur autem hoc in genere unguentorum per multa; quae (ut Galenus sentit III. de San. tuen.) Romanorum lautitia invenisse videtur. Complura tamen eorum nomina invenio apud Graecos auctores antiquiora, Megalium, Mendesium, Metopium, Oenanthinum, Erotinum, Rhodium, Amaracinum, Cyprinum, quorum Plinius meminit; & alia postea, quae apud Reges Parthos asserit comparari solita, ut Regale, idcirco nuncupatum; Susinum, a patria, & Nardinum, quod & Foliatum dictum fuisse, alterum Spicatum, quod idem Nardi Pisticae preciosi legitur in Evangelio. Testatur Dioscorides in oleo Iasmino, haec preciosa, tam unguenta, quam olea, non in balneis solum usurpari solita, sed apud Persas inter epulandum quoque dari odoris gratia: quem morem fuisse prosequitur Athenaeus in libro Dipnosophistarum quintodecimo, & ante ipsum ex nostris Valerius Maximus Libro II. titulo unguenti, coronarumque in convivio dandarum, secundis mensis. Emanasse id (inquit) a Parthis, quorum deliciarum plenae sunt historiae: ac Medos, & Syros, ac diu Spartanos, ac Ionas eo ritu convivari consuevisse. Donabantur autem inter bellaria discumbentes tum coronis capiti impositis ex viridantibus herbis, fragrantibusque flosculis contextis, Leucoio, Baccare, Helichryso, Hyacintho, Narcisso, Anemone, & coronariis eiusmodi vel pluribus his, vel singulis. Tum unguentis id genus suavissimis, pre-



ciosissimisque capite, ac facie praesertim per pueros inunctis, nec solum ad odorem, & gratiam conciliandam dicit Athenaeus; verum etiam ut sensus excitarentur suavitate, ac puriores, sanioresque post dapes efficerentur. Coronarum ritum legimus, & apud Romanos inter apophoreta in conviviis: unguentorum vero solum in balneis; quae primum in alabastris, gutisque aureis, vel etiam corneis pueri anteferebant in balneum: mox ob luxum, quem diximus principum, in tantam venere copiam, ut usus eorum ad vulgares quoque defluerit, quod serio arguit Iuvenalis:

*Maechis foliata parantur.*

Porro ad cutim detergendam erant frigiles, & smegmata, quae graece dicebant, varia, moris (ut legitur apud Danielem) antiquissimi in balneis. *Adferte ad me*, dixit Susanna puellis, *oleum & Smegmata, ut laver*, quorum varia erat materia. Alia ex farinis, quae erant in stuphis familiaria: alia liquida, alia concreta, ac solida, ut sapo. Ad sudores autem cohibendos, & conciliandam a balneo gratiam, quaedam siccis constabant odoribus, quae (ut Plinius aliquando meminit) *diapasmata* dicebantur, quasi *conspersoria*, Cyprini pulveris, instar, quo hodie utimur odoratissimi: de quo ad ebriam, putidamque Fescenniam, alludit Martialis 1. Epigrammatum, eo carmine.

*Quid? quod olet gravius mistum diapasmate virus.*

Vt redeamus ergo ad cameras, Apodyterium erat principium, & finis in balneo. Principium quidem; nam ibi primum se exuebant, ac vestes deponebant, deputatis ibi capsariis, vel propriis pueris, qui eas  
fer-



fervarent. Ad vitanda autem vestium, ac aliorum utensilium furta, lege erat cautum, ut balnearii fures morte multarentur. Quae antiquissima fuit promulgatio, ac singulare de ea exstat problema apud Aristotelem Sect. 29. Cur qui ex balneis furatus esset, aut ex palaestra, aut ex foro, aut ex eiusmodi loco publico, gravius puniretur? vel quia impudentiores ( inquit ) sint; vel quia nulla diligentia a publicis furibus cavere possumus: & quia gravatum furtum turpi contumelia, ut cogantur domini inde nudi discedere, ac ludibrio fore videntibus. Idem vero Apodyterium finis erat in balneo: eodem nimirum revertentes, ubi ante balnearum vestimenta consignassent. Idemque ex Galeni verbis plane intelligitur X. Methodi: hic enim dum cunctarentur, ac tergerentur, corpus adhuc per sudorem innoxie, ac citra refrigerationem vacuabatur, ac in naturalem redibat mediocritatem. Porro vana quorundam controversia est, ponere Avicennam tres casas ( ita enim interpretantur ) in balneo, easque longe aliter dispositas, quam diximus. Cui enim dubium, non fuisse balneas uno stylo ubique, neque uno ordine? Desiisse tamen pariter apud Arabes hunc ritum, testatur Averroes in Canticis, ac non mirum imperfectas tum eos habuisse balneas. Neque in antiquissimis exemplis ea distinctio quaerenda est: quando Hippocratis aetate non adeo rite balnea parabantur, quod & ipse innuit 3. de ratione victus in morbis acutis. Neque in privatis multo minus, quas Galenus idcirco aliquando perinde damnat ac incommodas.

## HENRICI NORIS

IN PISANVM

## LACONICVM SIVE SVDATIONEM

OBSERVATIONES

*Quas edidit in Dissert. IV. in Pisana Cenotaphia.*

Raeter templa, publicas etiam balneas, durante luctu, claudi iusserunt: BALNEISQVE PVBLICIS *clausis*. Cum veteres ad valetudinem primum, dein ad delicias lavarentur, non modo Romae, verum etiam in coloniis ceterisque oppidis balneae publicae visebantur, quarum aliquas Caesares, vel ditissimi civium gratuitas populo exstruebant, cum aliae essent meritoriae. Romae quidem Diocletiani, Severi, aliorumque Thermae etiamnum visuntur, quas inter Diocletianae ob magnitudinem oppidi instar sunt. Balnearum in coloniis tituli prostant apud Gruterum pag. 180. & seq. pag. 376. 5. 494. 5. Pisanae in Caiano Cenotaphio laudantur. Harum ruinae adhuc Pisis visuntur ad portam Lucensem, ex quibus vasta earumdem moles intelligitur; praesertim cum in vicinis hortis illarum fundamenta admirabilis artificii, turrim maioris Basilicae usque ducantur. Haec quidem subtus terram latent; verum unicum balnearum Hypocauston adhuc integrum superest, quod olim Franciscus Robortellus, litigiis, contra celeberrimos suae aetatis scriptores ultro susceptis, famosus; ac postea Franciscus Maria Ceffinius Equestri Ordinis vir, ac in Academia Pisana princeps

ceps Iuris Professor vespertinus, literarum eruditione ac morum elegantia domi forisque celebratus, datis ad viros doctissimos literis, descripserunt, quas Ioannes Rhodius magnae vir lectionis, suis in Scribonium Largum commentariis inseruit. Porro Hypocauston octogona forma constructum visitur, altum pedes Romanos XXXI. ac dimidium: longum vero P. XXXIV. itidem cum dimidio. Tubuli intra parietem surgunt, per quos igneus vapor e praefurnio receptus, parietem circumquaque calefaciens, sursum ad hemisphaerium ascendebat. Loculamenta in modum statuariae thecae intra parietem interiorem a pavimento surgentia visuntur, in quibus consistentes sudabant. Hemisphaerium in summitate rotundam fenestram habet, quae aereo clypeo catena suspensa, obstruebatur. Cuius rei causam aperit Vitruvius lib. 5. *Mediumque, inquit, lumen in hemisphaerio relinquatur, ex eoque clypeum aeneum catenis pendeat, per cuius reductiones & demissiones perficietur sudationis temperatura.* Plinius lib. 2. Epist. 17. Laurentinum suum describens, ait: *Applicatum est cubiculo Hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet.* In medio vero fornicis ea fenestra aperiiebatur, ut aequaliter in Hypocausto calor temperaretur, nec cuilibet vento directe exposita esset. In inferiori autem curvatura hemisphaerii octo fenestrae, & quidem quadratae panduntur, aequaliter in gyrum dispositae, eaeque sesquipedales. Robortellus putavit hasce etiam fenestras aeneis clypeis tectas fuisse ad vim caloris temperandam. Verum orbiculatum in fastigio foramen id commode praestabat, nec tot fenestrae eum in usum multiplicandae erant. Rectius Eques Cessinius ad ornatum easdem factas censuit; nempe ut specularibus convestitae, calorem retinerent, ac maiorem lucem admitterent. Addit tamen

eaf-



easdem a vetustis scriptoribus omnino praetermissas, suamque de iisdem opinionem *doctiorum coniecturis* remittere. Hanc sane eruditissimi atque amicissimi viri sententiam non equidem uti doctior, sed tanquam curiosior paucis firmabo. Balneas antiquitus obscuras fuisse testatur Seneca Epist. 86. scribens de balneo Scipionis Africani: *Balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua. Non videbatur maioribus nostris caldum, nisi obscurum.* At posteriori aetate cum universa Romae luxus occupasset, intra balneas etiam admissus est. Hinc fenestrae ac specularia in eisdem ad aedificii pulchritudinem multiplicata. Audiatur iterum Seneca: *In hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis, quam fenestrae, muro lapideo exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent. At nunc blattaria vocant balnea, si quae non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi & lavantur, simul & colorantur, nisi ex folio agros & maria prospiciant.* Hinc non tantum Baptistarium describit, in quo lavabantur, sed etiam Hypocauston, in quo & sudabant, & ungebantur; unde laudato Plinio idem dicitur *unquarium Hypocauston*. At fenestrae, quas Seneca appellat, non erant circa fornicem, sed paullo supra pavementum aperiebantur, cum e folio maria atque agri prospicerentur. Stautius tamen Lib. I. Sylvarum describens balneum Etrusci, fenestras in superiori concameratione fitas, non obscure indicat, scribens:

*Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis  
Perforat, atque alio Sol improbus uritur aestu.*

Hic loquitur de Hypocausto, dum igneo aestu solem uri dicit; illis vero verbis *multus ubique dies*; fenestras in gyrum circumquaque dispositas innuit, per quas Sol toto die in balneariam cellam admit-

te.



tebatur. Martialis Lib. VI. Epigr. 42. easdem Etrusci balneas describens, ait:

*Lux ipsa est tibi longior, diesque  
Nullo tardius a loco recedit.*

Quod Solis radii per aliquas fenestrarum quacumque hora diei in balneum admittebantur, seu uti dicebat de Balneis Seneca, *totius diei solem fenestris recipiebant*. Dum vero Statius scribit a Sole *culmina totis radiis perforata*, easdem fenestras in curvatura hemisphaerii, uti in Pisano Laconico apparent, fuisse aperte significat. Sane sequiori aetate sub imperio Caesarum balneae obscuriores contemptui erant. Hinc Martialis tenebricosas Grylli cuiuspiam balneas irridet Lib. I. Epigr. 60.

*Redde Lupi nobis, tenebrosaque balnea Grylli.*

Et rursus Lib. III. Epigr. 14. de Selio ubique se lavante, ut ubique ad coenam invitaretur, scribit:

*Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti,  
Nec Grylli tenebras, Aeoliamque Lupi.*

Seneca laudatus: *Quantae nunc, inquit, aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in Caldarium suum latis specularibus diem admiserit? quod non in multa luce decoqueretur*. Hinc colligo Pisanas thermas post Augusti imperium exstructas, & si coniecturae indulgere liceat, Antonino Pio imperante. Nam plurium lapidum fragmenta in exteriori parte maioris Basilicae visuntur, eiusdem Principis nomine inscripta, quae ex thermarum ruinis illuc deportata suspicor, quod nulla alia vetustiora monumenta Pisis supersint. Cum doctissimus Ceffinius Pisa-

num Laconicum perlustraret, a vicino pistore farmentis ac virgultorum fascibus oppletum locum offendit; Aedilibus indignatus, qui unicum veterum Pisarum aedificium, virorum illustrium scriptis commendatum, vilibus adeo usibus deputassent. Verum in praesentia asinorum stabulum evasit: tanta rerum vetustarum incuria cives manet. Ita summa imis longa dies miscuit, ut gratuitum Pisanae Coloniae Balneum nostra aetate in meritorium rudentium animalium stabulum versum, vix prae foetore, venerandae antiquitatis studiosorum aspectum admittat. Pisani Hypocausti figuram exhibeo.

*Haec Norisus exhibet interiorem Laconici formam, cuius alt. palm.*

*Rom. xxxi. cum dimidio: long. Palm. xxxiv. cum dimidio. A.*

*Loculamenta in quibus homines ad sudandum consistebant.*

*B. Fornix. C. Fenestrae quadratae. D. Fastigium  
subdivale & apertum, ex quo clypeus dependebat.*

Ceterum, ut ad intermissam narrationem revertar, Thermae publicae Pisis, tempore iustitii, clausae fuerunt; neque enim decebat, homines sordidas ac squalentes vestes indutos, interiores corporis maculas lavacris eluere. Caius Caesar, Drusilla sorore, teste Suetonio Cap. 24. defuncta, *iustitium indixit: in quo risisse, lavisse, coenasse cum parentibus, aut coniuge, liberisque, capitale fuit*; ut universis non modo balneis publicis, verum etiam privatis interdictum fuerit. Mortuo Constantino, Eusebius Lib. IV. Cap. 69. de vita eiusdem scribit: *Balnea & fora rerum venalium clausa*. Nullus ignorat in balneis odoratis unguentis corpora perungi solita, quae inter lugubria cessabant. Regum II. 14. *Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum.* Praeterea  
Esther

Esther 14. 2. *Cumque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis variis cinere & stercore implevit caput, & corpus suam humiliavit ieiuniis.* Quod vero Hebraei cum moesti ac lugentes ieiunabant, unguentis abstinebant, Martialis Lib. IV. Epigr. 4. eosdem inter pessime olentia referens, ait:

*Quod ieiunia Sabbatariorum:  
Moestorum quod anbelitus reorum.*

Huc revoco illa Plinii ex Lib. XIII. Cap. 13. *Aquilae certe ac signa pulverulenta illa & custodiis horrida, unguuntur festis diebus, ut maiori laetitia dies festi celebrarentur.*

Non solum templa ac balneas, verum etiam & tabernae occludi iusserunt: ET TABERNIS OMNIBUS CLAVISIS. Tabernae in signum publici moeroris claudere Romani iam inde a primis saeculis conditae urbis consueverunt. Cum Sabini Consulem ac legiones intra castra obsiderent, L. Quintius Dictator, *iustitium*, inquit Livius Lib. III. *edicit; claudi tabernae tota Vrbe iubet.* Cum primum intellexere legiones ad furcas Caudinas sub iugum a Samnitibus missas, *extemplo, sine ulla publica auctoritate, concessus in omnem formam luctus est. Tabernae circa forum clausae, iustitiumque in foro sua sponte coeptum prius quam indictum; laticlavi, annuli aurei positi; ex eodem lib. IX. Cum caesi Postumii Consulis, ac fugatarum legionum nuntium accepissent, tabernae occlusere. Verum Senatus iniunxit Aedilibus, ut Urbem circumirent, aperirique tabernae, & moestitiae speciem publice urbi demi iuberent.* Idem Lib. XXIII. Cum Caligula ob mortem sororis Drusillae iustitium indixisset, auctor est Philo in libro de legatione ad Caesarem, Alexandriae officinas propter luctum in morte Drusillae.



*stillae clausas fuisse.* Hinc Pisani publicae moestitiae speciem in acerba Caii morte ostensuri, tabernas omnes occluserunt.

Hactenus vir summus Henricus Norisius. Inter edita opera Hieronymi Mercurialis Medici ac Philosophi praestantissimi, & in Pisano Atheneo Medicinae loco supraordinario Professoris celeberrimi, exstat eiusdem Tractatus de Balneis Pisanis luculentissimus; verum quae in eo adnotat non ad Pisanum Laconicum, sed ad alia Pisanorum Balnea saluberrima, a Pifarum urbe longe distantia pertinent, quae quidem **Cap. IV.** enumerat, & diligenter describit; quare de natura aquarum, eorundem commodis, utilitate ac salubritate accuratam tractationem praeclaris Medicis nostri temporis relinquo: quandoquidem meus Optimus ac Providentissimus Princeps FRANCISCUS III. Lotharingiae & Barri Dux, Rex Hierusalem, Etruriae Magnus Dux, publici boni commodique studiosissimus, sublato superiorum temporum squalore, incuria ac negligentia, ac praesertim ex illis, quae ad radices Montis S. Iuliani exstructa sunt, in pristinam dignitatem, utilitatemque ea restitui & ampliari mandavit.



.VII.60

## ANT. FRANCISCI GORI

I N P I S A N V M

LACONICVM SIVE SVDATORIVM

O B S E R V A T I O N E S

A D I E C T A S Y L L O G E

ANTIQRVARVM INSCRIPTIONVM BALNEARIVM

C V M N O T I S.

I.



LACONICI in antiquis Inſcriptionibus, quae in lucem haectenus prodire, nullam mentionem factam reperio; ſed neque etiam in vetuſtis ſcriptis marmoribus Piſanorum; quamquam Piſis prope portam, quam a proxima urbe, *Lucenſem* vocitant, exſtet ad haec uſque tempora integrum eleganti opere exſtructum LACONICVM, quo antiqui Piſani uſi ſunt. Quum enim Laconicum (quod Graeci, & ex his Latini veteres *Hypocauſtum*, & *Caldarium* dixere, quo nomine Scipionis Laconicum vocat Seneca) univerſum Balineorum aedificium in plures partes diſpoſitum complectatur; idcirco antiqua marmora litteris exarata dum ipſa Balinea, ſeu Balnea nominant, de reliquis partibus, quibus conſtant, expreſſam mentionem non faciunt; quod & inſignia Piſanorum monumenta, quae immortalis Norriſius *Cenotaphia* adpellavit, non obſcure declarant; nam in his generica adpellatione Piſana publica Bal-  
nea

nea laudantur, quae Pisanorum Colonia ac Respublica, fatis erepto Caio Augusti filio, in signum publici luctus claudi mandavit; ita enim in altero ex his scriptum legimus: CUNCTOS VESTE MVTATA TEMPLISQVE DEORVM IMMORTALIVM BALINEISQVE PVBLICIS ET TABERNIS OMNIBVS CLAVIS CONVICTIBVS SE SE APSTINERE. Patet igitur ex his celeberrimis Tabulis marmoreis, quas emendatiores edidi in Parte II. huius Operis post pag. 10. Augusto imperium Romanum moderante, publica Pisanorum Balnea exstructa iam fuisse, eaque in publico luctu, non secus ac templa Deorum, ac tabernas, clausa fuisse; quare liceat mihi magno Norisio eiusque coniecturis non acquiescere, qui, ut supra scriptum legimus, colligit, *Pisanas thermas post Augusti imperium exstructas*, & ut coniicit, *Antonino Pio imperante*. Ea vero, quae idem Norisius memorat, antiquorum marmorum fragmenta ( a me iam edita in Parte II. huius Operis pag. 12. ) quae in exteriori parte maioris Basilicae adhuc visuntur, quamvis eiusdem Principis nomen scriptum palmaribus fere litteris praeferant, alia aedificia indicare promptius crediderim, nempe templum aliquod nomini maiestatique eiusdem Antonini Pii optimi Principis, seu verius Hadriani, a Pisanis dedicatum: Si qui vero sunt, qui cum Norisio censeant ea marmorum fragmenta ex Thermarum ruinis illuc deportata; subspicari liceat potius ea innuere eiusdem Principis beneficentia easdem Thermas in pristinam elegantiam ac dignitatem a Pisanis restitutas fuisse, quam eo imperante exstructas. Laconici quidem structura, cui dumtaxat edax tempus pepercit, eam, quae Augusti aetate viguit optimam Architecturae rationem scitissimamque elegantiam & dignitatem praesefert; nec facile quicquam alibi in hoc genere inveniri posse perfectius, qui illud viderint, adfirmabunt.

II. Iustae Norisii querelae, quod tam vetustum, tamque insigne, totoque orbe percelebre Pisanorum Coloniae aedificium, civium incuria vilibus usibus deputatum, tempestate sua in asinorum stabulum evasisset, tanti ponderis fuere, ut Cosmus III. Magnus Dux Etruriae in pristinam dignitatem ac splendorem restituendum mandarit anno MDCXCIII. quod testantur iam a me editae marmoreae Tabulae in Par. II. pag. 3. & 4. quae expositae sunt in exteriore eiusdem Laconici facie, quae ea occasione exstructa est, ut ostendit Tab. I. pag. 240. a me edita, & huic Commentario adsignata. Exteriorem alteram Laconici faciem, quam ipsum Laconicum praeferebat, anno MDCLV. aeri incisam exhibuit V. C. Ioannes Rhodius in praelaudato Opere suo pag. 117. quo schemate discimus cum eodem Laconico coniunctas fuisse reliquas Balneorum Pisanorum partes, quorum ruinas, ac rudera idem Rhodius in adlato schemate suo littera A. designat.

III. Quae fuerit antiqui Laconici interior structura, & quae forma, ex hoc nunc primum in lucem prolato exemplo peraccurate discere possumus, in quo quidem multum peccat schema a Rhodio & Norisio adlatum. De cultu vero audiendus est Vitruvius, qui de eo haec diligentissime observat, Lib. VII. Cap. X. ubi agit de coloribus, qui arte fiunt: *Namque (inquit) aedificatur locus, uti LACONICVM, & expolitur marmore subtiliter, & laevigatur: ante id fornacula habens in LACONICVM nares; & eius praefurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur.* Hinc igitur colligimus Laconici tum parietes, tum camerae curvaturam tectorio opere marmoris pulvere commixto, perpoliri ac laevigari consuevisse. Ostium, quo ad subterranea praefurnia patebat aditus, exhibet Tab. II. a me adlata. Praefurniorum nares ignis vaporem emittebant per  
tu.



tubulos, quorum orificium ad soliorum planitiem pertingebat in cellulis in hemicycli formam extructis, in quibus stantes homines sudorem emittebant. Horum his verbis meminit Annaeus Seneca Epist. XC. *Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus: ut suspensuras balnearum, & impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foveret aequaliter.* Extrema horum tuborum capita ex aere in Museis aliquot Florentinis conspexi; quod vero exstat in Museo Mediceo sensim in acumen desinens, in cuius medio orificium est, litteris in orbe scriptis, ad Caldaria Antonini Caracallae ex eius adscripto nomine pertinere conieci. Neque absurdum videtur in splendidioribus Laconicis ex aere saltem in summitate tubulos fabrefactos fuisse; quamvis Rhodius, qui eorumdem tubulorum iconismum adfert pag. 103. plumbeos fuisse doceat, eosque frequentes, & forma quadratos inveniri, quales sua tempestate ostendit Laconicum aedi S. Caeciliae contiguum, in quo sub Clemente VIII. summo Pontifice corpus eius fuit repertum.

IV. Quod adinet ad formam ac figuram Laconici, eam diligenter exponit Robortellus. Ea siquidem frequentius rotunda, & interdum octogona fuit; quam prisca Christi Fideles in sacris quoque Baptisteriis construendis servarunt. Laconici fabrica superne in hemisphaerium erat concamerata, sive testudinata, ad quod vapores, qui per alveolos ascendebant, communi concursu ferebantur; exibant vero si aheneus clypeus ex ipso hemisphaerii lumine reduceretur: quod perspicue ostendit Vitruvius Lib. V. Cap. X. ubi de Balnearum dispositionibus & partibus pertractat: *LACONICVM, sudationesque sunt coniungendae Tepidario: eaeque quam latae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curvaturam hemisphaerii; mediumque lumen in hemisphaerio*



relinquatur, ex eoque clypeum aeneum pendeat; per cuius reductiones & demissiones perficietur sudationis temperatura: ipsumque ad circinum fieri oportere videtur, ut aequaliter a medio flammae vaporisque vis per curvaturae rotundationes pervagetur. Pisanum Laconicum medium lumen in hemisphaerio habuisse ad circinum factum, quod clypeo demisso obstrueretur, vel reducto ad temperaturam aperiretur, Tabulae II. & III. a me adlatas ostendunt. Fuisse tamen Laconica quaedam apud veteres sine clypeo, qualia Philander in Thermis Antonini Caracallae observavit, cuius iconem exhibet, & ex eo repetit Bernardinus Baldius Urbinas Guastallae Abbas in suo Lexico Vitruviano in v. LACONICVM.

V. Praeter rotundum lumen in umbilico hemisphaerii relictum, Pisanum Hypocauston habet alia quaedam minora & crebra lumina fere sesquipedalibus circa illud per curvaturam, & sub his alia quaedam disposita. Robortellus credit ea quoque pro sudationum temperatura aereo operculo contegi consuevisse; ita tamen, ut ab una parte, quae ad hemisphaerii summitatem vergit, exitus pateret vaporibus. Eques Cessinius eas octo fenestras ad ornatum factas esse censuit, nempe ut specularibus convestitae calorem retinerent, ac maiorem lucem admitterent. Hanc opinionem, quam ipse levi digito adtingit, liceat mihi aliis exemplis, & veterum Scriptorum auctoritatibus confirmare, & eam, quam Robortellus adfert, omnino reiicere. Hanc quoque reiicit Norisius; quum enim orbiculatum in fastigio foramen, sive fenestra maior, quae aereo clypeo catena suspensa obstruebatur, huiusmodi beneficium praestaret, facile adparet, reliquas fenestras minores non aereis tabulis, sed specularibus clausas fuisse. Antiqui specularibus, a lapide speculati natura translucido ita dictis, usi sunt, quos nos Itali scagliola

la dicimus, qui idem praestabant quod nunc vitra, sive orbicularia, sive quadrata in fenestrarum usum. Lipsius ad Senecae Epist. XC. adnotat olim speculares lapides in Hispania, Cypro, Cappadocia, & Africa crebros fuisse; sua vero tempestate nescire num in notitia sint, vix in usu, quum olim frequentes esset; non enim coenationes tantum aut cubicula eo lapide veteres illustrabant; sed totas porticus, pomaria, hortos atque etiam BALNEA. Sed non paucis in locis Etruriae, praesertim vero Volaterrano in agro optimi lapides speculares maxime pellucidi innascuntur, quos non semel diligenter observavi.

VI. Artifices, qui huiusmodi specularia fenestris aptabant, SPECLARII sive SPECVLARII dicebantur, quorum non raro in antiquis inscriptionibus mentio occurrit, ut in lapide Musei Suburbani Strozii, qui haec habet:

C	P	O	M	P	O	N	I	V	S		
A	P	O	L	L	O	N	I	V	S		
S	P	E	C	L	A	R	V	A	X	L	V

Hos SPECLARIOS opifices Romae Collegium, quemadmodum & reliquos artifices, habuisse, docet antiquum saxum a me inter Doniana editum Class. IX. num. 36. quod haec habet.

M	O	G	V	L	N	I	O	F	E	R	O	C	I							
A	E	D	I	V	O	A	E	D	I	S	C	O	N	C	O	R	D	I	A	E
C													O	L	L	E	G	I	V	M
S	P	E	C	L	A	R	I	O	R	V	M									
P	A	T	R	O	N	O	O	P	T	I	M	O	D	D						

Hunc ipsum singularem lapidem ex Donianis adfert Vir Praeclarissimus Muratorius in suo The-  
fau.

sauro Tom. I. Clafs. VII. pag. DCCIX. n. 6. qui adnotat in l. *Artifices C. de Excusationibus Artificum*, quod inter alios recensentur *Specularii*.

VII. Quod vero antiqui specularia fenestris aptaverint, ex hoc Senecae loco Lib. de Providentia Cap. IV. colligi potest: *Fugite delicias, fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt, nisi aliquid intervenit, quod humanae sortis admoneat, velut perpetua ebrietate sopiti. Quem SPECVLARIA semper ab adflatu vindicarunt, cuius pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt; cuius coenationes subditus & parietibus circumfusus calor temperavit, hunc levis aura non sine periculo stringet.* Sed propius ad rem nostram haec idem Seneca Epist. XC. *Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus; ut SPECVLARIORVM usum, perlucante testa, clarum transmittentibus lumen: ut suspensuras BALNEORVM & impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foveret aequaliter.* Olim Balnea, Caldaria sive Sudatoria obscura fuisse, & gregali tectorio inducta, memorat idem Philosophus in Epist. LXXXVI. quibus, ut ipse observat, contenti fuere Cato, aut Fabius Maximus, aut e Corneliis aliquis; postmodum vero Romani deliciis & luxu marcescentes, balneis multo sole impletis, ac bene luminosis adfuescere, mirumque in modum gaudere coeperunt. *Nihil (inquit) mihi videtur, iam interesse, ardeat BALNEVM, an caleat. Quantae nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in CALDARIVM suum LATIS SPECVLARIBVS diem admiserat? quod non in multa luce decoquebatur, & expectabat, ut in Balneo concoqueret?* His igitur fretus veterum Scriptorum testimoniis, reiiciendam esse censeo Robortelli opinionem, qui ea quae visuntur in Pisano Laconico minora lumina, censet aereis operculis contacta fuisse. Probabilius igitur videtur tum miaora in hemisphae-



ior lumina, tum fenestellas specularibus ita ornari consuevisse, ut luminosum redderent. Laconicum, quae ad augendum servandum temperandumque calorem facile obduci ac reduci que possent; quod subindicat Plinius Caecilius Secundus Lib. II. Epist. XVII. *Adplicitum est cubiculo HYPOCAVSTVM per exiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exegit, aut effundit, aut retinet.* Et paullo superius in laudata Epistola, ex qua usus colligitur SPECVLARIORVM in aliis cum domorum tum villarum aedificiis, ut in sua in Laurentino agro. *In hac heliocaminus quidem, alia xystum, alia mare, utraque solem: cubiculum autem valvis, cryptoporticum fenestra prospicit: qua mare contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae SPECVLARIBVS & velis obductis reductisque modo adiicitur cubiculo, modo aufertur.*

VIII. Desciscentibus a prisca patrum parsimonia morumque severitate Romanis, prolata toto terrarum orbe imperii maiestate, in eum luxum prolapsi sunt, praecipue imperante Nerone, ut & privati cum Romae in suis aedibus, tum in villis Balnea cum suis omnibus partibus, & aedificiis haberent; quam rem idem Plinius exemplo suo, ubi villam suam in Laurentino describit, Lib. II. Epist. XVII. aperte ostendit: *Ex alio latere cubiculum est politissimum; deinde vel cubiculum grande, vel modica coenatio, quae plurimo Sole, plurimo mari lucet. Post hanc cubiculum cum procoetone, altitudine aestivum, munitis hibernum: est enim subductum omnibus ventis. Huic cubiculo aliud, & procoeton communi pariete iunguntur. Inde BALINEI, cella frigidaria spatiosa & effusa, cuius in contrariis parietibus duo baptisteria, velut eiecta; sinuantur, abunde capacia si innare in proximo cogites. Adiacet Vnditorium, HYPOCAVSTVM, adiacet propnigeon balinei: mox duae cellae magis ele-*  
gan-



*gantes, quam sumtuosae: cohaeret calida piscina mirifice, ex qua natantes mare adspiciunt. Nec procul Sphaeristerium, quod calidissimo soli, inclinato iam die, occurrit. De antiquorum Balneis, si quis post Baccium multa notatu digna legere cupit, adeat Ioannis Antonii Panthei Veronensis Confabulationes de Thermis Caldarianis, quae sunt in Veronensi agro.*

IX. Haec eo adtulit consilio, ut hinc coniciamus cum Pisano Laconico singulas Balneorum partes, quas Robortellus & Andreas Baccius expendunt, fuisse coniunctas. Sed quam immaniter creverit Balneorum luxus, his, qui Senecae Epistolam ad Lucillum LXXXVI. legere voluerint, perspicue patebit. LACONICVM vero huius generis Balneum dictum est a Laconibus, quod ex Asiaticis, ut Baccius observat, hi omnium primi consueverint nudi, oleo pulvereque conspersi, in luctam descendere, ac postea lavari; quum antea ad ludos Olympicos, linteo subincti amictu ac fibula, descenderent, a quibus aliae postea nationes id institutum accepere. Id tangit Martialis, qui laudat & describit Etrusci Thermas omni luxu & elegantia splendidissimas Lib. VI. Epigr. XLII.

*Ritus, si placeant tibi, LACONVM,  
Contentus potes arido vapore,  
Cruda Virgine, Martiaque mergi.*

Cum Balneis coniuncta erant gymnasia scholae ac palaestrae; in his enim communia erant cum animi tum corporis studia & exercitamenta, quae ad balnea praeparatoria censebantur, quod & laudatus Martialis indicat Lib. VII. Epigr. XXXI. ad Atticum:

*Non pila, non follis, nec te paganica Thermis  
Praeparat, aut nudi stipitis ictus habes:*

*Ve-*

*Vera nec iniecto caeromate brachia tendis;  
Non harpasta manu pulverulenta rapis.*

Hae veterum tum animi tum corporis exercitia, quantum opis conferrent ad tuendam sanitatem ostendit prae laudatus Baccius: nostris vero temporibus, in quibus inertia & turpe otium quammaxime vigent, sedentes cives tabellas, trochos, fritillos, aleas tractant. Priscorum Italorum, quae a teneris unguiculis fuerint exercitia, quae in armis gloria, in Turno ostendit Virgilius Aeneid. Lib. IX. vers. 603.

*Durum ab stirpe genus: natos ad flumina primum  
Deferimus, saevoque gelu duramus & undis.  
Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant:  
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.  
At patiens operum parvosque adsueta iuventus,  
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.  
Omne aevom ferro teritur, versaque iuvenctum  
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus  
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.  
Canitiem galea premimus; semperque recentis  
Comportare iuvat praedas, & vivere raptis.  
Vobis picta croco & fulgenti murice vestis,  
Desidia cordi; iuvat indulgere choreis:  
Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.  
O vere Phrygiae, neque enim Phryges. ———*

X. In meo Commentario ad Inscriptiones antiquas Donianas adtuli in Tab. IX. pag. 143. non paucas Gemmas, quas *Balneares* adpellavi, quod in his non solum vasa, & instrumenta ad Balnearum usus, verum & imagines palaestritarum, unctorum, balneatorum, feminarum in balneis sedentium, discobulorum spectentur, & in fronte Praefationis pag. IX. Halteristas armatos plumbeis massis in

in manibus primus exhibui, de quibus ibi sermo pag. XCV. Eas vero Gemmas explicavi a pag. CI. ad CVI. Nunc vero in mentem venit in studiosorum venerandae Vetustatis gratiam praecipuos aliquot congerere antiquos lapides balnearios, quorum eruditionis luce multa, quae ad Balnea antiquorum illustranda pertinent, colligi possunt. Primum occurrit sepulchralis ille titulus, inventus in Sepulchro sive Columbario Libertorum ac Servorum Liviae Augustae & Caesarum, quem adtuli, & explicavi pag. 128. num. LXXXIV. sed alio ad rem Senecae loco inspecto lubet hunc secundis curis illustrare. Ita se habet:

A N T E R O S	.....
L I V I A E	.....
C O L O R A T O R	.....

Iam adnotavi COLORATORES apud veteres, Medicorum quoddam genus fuisse, qui Aliptarum, & Iatraliptarum sub censu forsitan fuere; quorum ars in eo erat, ut in hominum & feminarum corpore vires, florem, venustatem sanitatemque quibusdam unctionibus, aliisve medicamentis temperate sciteque datis, inducerent, servarentque. Id, ut aiebam, confirmat notatu dignus apud Senecam locus in Epist. LXXXVI. ad Lucillum, in qua de Balneorum luxu & splendore pertractat, quamvis ad solis effectum in Balneis valde luminosis aliqui trahere possint; tamen lubet adnotare, quia verbum *colorari* nunc primum apud veteres Scriptores observo. *At nunc blattaria vocant Balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant; nisi lavantur simul & COLORANTVR; nisi ex solio agros & maria prospiciunt. Itaque, quae concursum &*

*ad.*

*admirationem habuerant, quum dedicarentur, haec in antiquorum numerum reiiciuntur, quum aliquid novi luxuria commenta est, quo ipsa seobrueret. Quod vero coloratio ad medicinam pertineret, argui ex hoc etiam Ciceronis loco potest in Oratore: Ipsa se postea (oratio) COLORAT, & roborat. Colorationes vero ex insolatione potissimum pendebant; quare haud absurdum mihi videtur, hoc officium COLORATORIS ad Iatraliptas, sive Aliptas, qui in balneis medicam artem suam exercebant, traducere.*

XI. Cum Balneis coniunctae erant piscinae; nam post sudationes frigidis aquis refrigerari volebant; quod si cum ratione & consilio id non fieret, periculum mortis aliquando intercedebat, quod ex sequenti lapide Florentino, qui Florentiae exstat in Hortis Excell. Principum Corsiniorum colligi potest.

D A P H N V S . E T

C H R Y S E I S

L A C O N I S . L I B E R T I

F O R T V N A T O . S V O . V . A . V I I I

B A L N E O . M A R T I S . P I S C I N A

P E R I T

Muratorius V. C. in Cl. VI. sui Thesauri n. 5. pag. CDXC. fragmentum marmoris adfert, quod Balneis coniunctas fuisse piscinas docet; at in Florentino a me adlato adnotare lubet, balnea ornari solita simulacris statuisque Deorum, a quibus denominationem ea accipiebant, uti ex hoc, BALNEO MARTIS, colligimus.

Piscinae etiam ad tutelam Sepulcrorum constitutae leguntur auctoritate sequentis marmoris, quod



quod exhibeo ex Schedis V. C. Bonarrothii Senatoris, qui accuratius exscripsit quam Fabrettus Cap. III. pag. 223. num. 594. in quo ROSARIUM omisit in quarta linea.

LICTORIAE. CHERVSAE. VIXIT. ANNIS. XV  
MENSIBVS. VII. DIEBVS. V. FECER. L. VETVRIVS. PVDEN  
VIR. ET. LARCIA. AVCTA. MATER. HVIC. MONIMENTO  
CEDIT. ROSARIUM. CVM VINIOLA. SOLA. SVO. FINE. VINIAE  
ET. E REGION. PISCINAE. ET. CANALIS. VSQVE. AD. ARIAM  
ET. AREA. CVM EDIFICIS. ET. HORREO. ET. CISTERNAE. IN  
SOLAR. ET. E REGION. EIVS. VSQVE. AT. AD. ARVNDINETVM. CVM ITIN  
QVAE. SVN. DETERMINATA. ET COLLIGE. IVG

Sequens quoque inscriptio, quam profero ex Bonarrothianis Schedis, magis emendata quam apud eundem Fabrettum Cap. III. pag. 211. num. 533. id quod observabam confirmat; nimirum monumenta interdum cum balneis aliisque aedificiis fuisse coniuncta, ut facile ex eorum proventu annua parentalia defunctis parari & fieri possent.

T. FLAVIO. T. F. QVIR. FLAVIANO  
AEDILI. QVAESTORI. DESIGNATO  
MUNICIPIO. CAPENAE. FOEDERATO  
T. FLAVIVS. AVG. LIB. MYTHVS. ET  
FLAVIA. DIOGIS. PARENTES. FILIO PISSIMO  
FECERVNT. ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE  
VTRIVSQVE. SEXVS. POSTERISQVE. EORVM  
CVM. BALINEO. ET. AEDIFICIS. QVAE. SVNT. IVNCTA  
EX. VTRAQVE. PARTE. SECVS. VIAM. CVM. AQVAE  
DVCTV. EX. FVND. CATVLENIANO. ET IVGERA  
AGRI. CATVLENIANI. P. M. III. ITA. VTI. DEPALATVM. EST  
H. M. H. N. S.

Huiusmodi aedificia, ut coniiicio, designat marmor eximium & singulare, quod exstat in Museo March. Gaddiorum Florentiae, quod habes in Par. I. huius Operis pag. 459. num. 19. quod Ichno-graphiam eorundem aedificiorum ad sepulcri tuitionem ac tutelam spectantium exhibet, quam videat eruditus Lector. Gratuito munere ac beneficio Balnea interdum donabantur, & publico sumtu sine cuiusquam impensa praebebantur. Publicum Balneum, quod Hispellates concedebant, addito etiam hospitii iure & honore, memorat Plinius Secundus Lib. VIII. Epist. VIII. ad Romanum: *Balneum Hispellates, quibus illum locum Divus Augustus dono dedit, publice praebent, praebent & hospitium.* Frequens quoque in antiquis faxis mentio Balneorum, quae publice dabantur, hoc est publico sumtu, & quandoque etiam gratuito beneficio a privatis, qui lumina candelabra, lucernas, & oleum civium bono commo-  
 doque in iisdem Balneis ministrabant, vel testamento reliquebant, quod declarat marmor apud Tifernates a me editum in Par. II. pag. 339. & hoc ipsum in basi utrinque scripta ad Plebem Carpinaeae, quod adfert Fabrettus Cap. VI. pag. 486. n. 164.

C · C A E S I D I O  
 C · F · C R V · D E X T R O  
 E Q · C O H · V I I I · P R A E T  
 C O H · I · L I N G O N V M  
 E Q V I T A T · T R I B · M I L  
 L E G · I · I T A L I C A E

*Sex versus haec desperatae le-  
 ctionis.*

C V I V S · D E D I C A  
 T I O N E D E C V  
 R I O N I B V S V R  
 A V G · E T · P L E B I · V R B ·  
 E P V L A S · D E D I T  
 E T O L E V M I N B A  
 L I N E O P O P V L O  
 I T E M P L E B I  
 P A N E S E T V I N V M

Bal-

Balnea vetustate vel temporum iniuriis corrupta ab optimis civibus suis impensis restituebantur, teste hoc Novariensi marmore inter Doniana Cl. II. n. 31.

C VALERIVS C F CLAVD P ANSA FLAMEN  
DIVORVM VESPASIAN TRAIANI HADRIANI P P BIS  
TRIB COH VIII PR PROC AVG PROVINC BRITANNIAE  
BALINEVM QVOD VI CONSVMP TVM FVERAT AMPLIATIS SOLO  
ET OPERIBVS INTRA BIENNIVM PECVNIA SVA RESTITVIT ET DEDICAVIT  
IN QVOD OPVS LEGATA QVOQVE REIP TESTAMENTO ALBVCIAE CANDIDAE  
VXORIS SVAE HS CC CONSENSV ORDINIS AMPLIVS EROGAVIT

Ex aliis faxis colligimus Balinea, quum dedicarentur, divisiones, sportulas, panem & vinum in publicae laetitiae argumentum gratis data fuisse; quibus muneribus viri optime de civibus meriti summos honores, nempe bisellium, decurionatus ornamenta, statuas aliaque honorifica consequabantur, quod liquet ex sequenti marmore, quod vulgavit Vir eximius Muratorius in suo Thesauro Cl. vi. pag. CDLXXXIV. n. 3.

M · SENLIO CRISPINO C · V ·

OMNIBVS HONORIBVS IN R · P · FVNCTO  
ORDO ET VNIVERSVS POPVLVS  
OB MERITA ET LABORES EIVS  
HONOREM BISELLIATVS  
ET ORNAMENTA DECVRIONATVS GRATVITA OBTVLERVNT  
QVOD OPERA THERMARVM AESTIVALIVM VETVSTATE CORRVPTA S · P · RESTITVIT EXORNAVIT  
PORTICVS ETIAM CIRCVM CINGERE ESCOLIMBVM A COLO  
CONSTITVIT · STATVAM AMICIDICANDAM ET MEMORIAM EIVS  
PONENDAM CENSVERVNT

L · D · D · D ·



In prima linea forte M. SENTIO. Menda quoque cubare in linea 12. minime dubium est. A COLO. legendum videretur A SOLO. Quod vero ad ornatum ante Thermas porticus essent, inter alias multas, perspicue ostendit sequens inscriptio Vasionensis penes Fabretum Cap. IX. pag. 644. num. 378.

V A S I E N · V O C ·  
427 Haec fragmenta descripsit laudatus Alexander Certinius , patriarum antiquitatum eruditus indagator ac vindex , & ad me misit . In priore fit mentio Saturnini Legati Caesaris , &c. in altero Homullus nominatur . M. Valerius Homullus , im-



imperante Antonino Pio Consul fuit, Collega M. Acilii Glabrionis, nimirum anno V. C. 904. Christi 152. Alios insignes lapides amice conquestus est idem Certinius me praetermisisse, quos accurate exscriptos dederat, quos heic lubet subiicere, reliquis addendos, quos protuli in Parte II. huius Operis pag. 338.

*Ibidem.*

429

Q · ALBIO · Q · F · HOR · ILLICI  
 S · L E G · X X · V · V  
 CORNICVLARIO · PR · PR ·  
 DONIS · DONATO · AB · DIVO  
 TRAIANO · AVG  
 T O R Q V I B V S · A R M I L L I S  
 PHALERIS · BELLO · PARTHICO · ET · AB  
 IMP · CAESARE · TRAIANO  
 HADRIANO · AVG · HASTA · PVRA  
 ET · CORONA · AVREA  
 AVILIA · SOTERIS · MATER  
 FILIO · OPTIMO · PIENTISSIMO  
 L · D · D · D

429. Protulit hunc lapidem Aldus Manutius Pauli filius in Orthographia pag. 366. Eundem Cornacchinius in patriis Tifernatibus Historiis, & Franciscus

Sanfovinus de origine Equestrum Ordinum Lib. II.  
eundem proferunt .

*Ibidem.*

430

L · SICINIUS · DENTATUS · TRIB  
PLEB · CENTIES · VICIES · PRAELIATUS  
OCTIES · EX · PROVOCATIONE · VICTOR  
XLV · CICATRICIBVS · ADVERSO  
CORPORE · INSIGNIS · NVLLA · IN · TERGO  
IDEM SPOLIA · CEPIT · XXXVII.  
DONATUS · HASTIS · PVRI · XII  
PHALERIS · XXV · VORQVIBVS · CXXXIII  
ARMILLIS · CLX · CORONIS · XXVI.  
CIVICIS · XIII · AVREIS · VIII · MVRAL · III ·  
OBSIDIONAL · I · FISCO · X · CAPTIVIS · XX  
IMPERATORES VIII · IPSIVS · MAXIME  
OPERA · TRIVMPHANTES · SECVTI

430. L. Sicinus ( dicendum potius *L. Siccus* )  
Dentatus strenuus bellator, Tribunus Plebis crea-  
tus est anno V. C. CCXCIX. Haud praefert, nec  
praeferre potest tantam aetatem hoc marmor, quod  
secutis deinde temporibus exaratum censeo, excerptum-  
que ex antiquis Romanae Historiae monumentis, &  
ut mea fert opinio, subiectum eius statuae seu im-  
magini, in usum Museorum, in quibus illustrium

vi.

virorum elogia veteres elegantiarum cultores conlocare consueverunt. Eadem fere de eodem L. Siccio Dentato excripsit Gellius Noct. Arti Lib. II. Cap. XI. *L. Siccium Dentatum, qui Trib. Plebi fuit, Sp. Tarpeio A. Haterio Consulibus, scriptum est in libris Annalibus plus, quam credi debeat, strenuum bellatorem fuisse; nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumque esse Achillem Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur centum & XX. proeliis: cicatricem aversam nullam, adversas quinque & XL. tulisse: coronis esse donatum aureis octo: obsidionali una: muralibus tribus: civicis XIII. torquibus tribus & LXXX. armillis plus centum LX. hastis duodeviginti: phaleris item donatum est quinques viciesque: populi militaria dona habuit multiuga: in quibus provocatoria pleraque: triumphavit cum Imperatoribus suis triumphos novem.* Constat igitur Gellii auctoritate, huiusmodi elogia ex libris annalibus exscripta fuisse. Videmus etiam haec ipsa elogia usurpata non in una tantum civitate, sed in pluribus etiam repetita; nam ea quae produximus in Parte II. quum prisca Arretinorum monumenta proferremus, iam ex Codice MS. Fratris Iucundi Veronensis, & ex aliis Codicibus, Seculo XV. exaratis, adnotavimus iamdudum eruta fuisse *Arretii, Arimini*, quibus etiam *Tifernum* nunc addi potest.

Scripta haec fuisse arbitratus sum, non ea certe aetate, qua illustres illi viri vixerunt, sed remotiore. Celeberrimus Muratorius, ex editis libris expiscatus maximam partem vetustorum lapidum, quos edidit in novo Thesauro Inscriptionum antiquarum, in fine Tomi III. in Classe XXIV. haec elogia protulit, & inter dubios seu spurios lapides congestit; deque hisce a me adlatis sententiam suam proferens pag. 1802. adhuc subdubitare se fatetur an ad secula remota referre liceat eiusmodi inscriptio-

ptio-



ptiones ; atque in eam potius opinionem inclinat , scriptos hosce lapides fuisse , postquam Italica ingenia litteris Latinis splendorem restituere coeperunt . Sed de antiquiore usu scribendorum elogiorum , alibi erit oportunior differendi locus : interim haec monumenta non in una tantum Civitate illustribus viris ob memoriam rerum ab eis gestarum , & virtutum gloriam poni dedicarive antiquitus consuevisse , in locorum publicorum , & in Museorum & Bibliothecarum ornamentum , adnotare satis sit .

In Museo Excellentiss. Principum  
Corfiniorum .

*In Vrbanis Hortis Florentiae .*

431

D · AA · FABIA · CHRYSIS · AAATER ·  
FIL ANNEIAE · VRBANILLAE ·  
S ANCTISSIAAAE · PIENTIS  
SIAAAE · VIX · AN · XI · AA · XI · D · II ·  
EMIT · PATRE · DIAAIDIA · MON  
ET · SIBI · ET · PVBLIO · P · F · POPIN  
COIVGI · SVO · ET · LIBERTIS · LI  
BERTABVSQ SVIS · POSTE  
RISQ · EORV AA

431. Eminentissimus Princeps NERIVS CORFINIVS , Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Amplissimus , quum Florentiae , in Vrbanis Aedibus suis ad Pratum moraretur transacta aestate huius anni MD. ID. CC. XLI. vetusta marmora , quae iamdudum eo loci coacervata iacuerunt , in Xysto pul-



pulcherrimo in sex metopis per parietes, me rogante, pro sua ad haec studia colenda atque amplificanda egregia voluntate, atque in me singulari prorsus humanitate, disponi iussit. Hos lapides quindecim fere ab hinc annis exscripseram, & vulgaveram in Parte I. huius Operis a pag. 119. ad pag. 184. nunc vero cum disponderentur, mecum agente curam eruditissimo D. Ioanne Macnamara, inventi aliquot sunt, a me praetermissi, quos heic editos habes, optime Lector, quum reliquis paullo ante nunc primum in lucem prolatis pag. 274. coniungendi.

432

D · M · VAL · HER
MES · ET · IVLIA · VE
RECVNDA · FERVNT
FORTI · FILIO · DVL
CISSIMO · VIX · AN · XI

433

) DIS · MANIBVS
) IVLIA · ELYDE
) COIVGI · BENEMER
) PHAEBVS · CAESARIS
) FECIT.

432. FERVNT. Rarum hoc ex Pontificum libris verbum adnotare lubet, quod in hoc lapide scriptum est. FERVNT subaudi *iusta*, seu *feralia*, quae a Romanis celebrari consuevisse die decimo octavo Februarii, perspicuum est ex Ovidio, qui hoc ipsum verbum *ferunt*, dum *Feralia* memorat, eumque scribit diem, usurpat *Fastorum Lib. II.*

*Hanc, quia IVSTA FERVNT, dixere FERALIA, lucem, Vltima placandis Manibus illa dies.*

*Ferales epulae*, quae in funere ferebantur, ita dictae, teste Plinio. Hinc *inferiae*, sacrificia, quae Diis Manibus inferebantur, ut auctor est Festus.

Au-

Audiendus etiam Silius Italicus, ubi narrat inferias a Scipione suorum manibus missas Lib. XVI.

*Dona FERUNT, tumulisque super flagantibus addunt.  
Ipse tenens nunc lacte sacro, nunc plena Lyaeo  
Pocula, odoriferis adspersit floribus aras;  
Tum Manes vocat excitos.*

434

POMPEIA · PITHYSA · AEDICVLAM · EMIT ·  
POMPEIAE · SVCESSAE · FILIAE PISSIM  
TI · CL · ALEXANDRO · CONIVGI · OPTVM  
LIB · LIBERTABVS · SVIS · POSTERISQ · EOR ·

435

M · IVLIVS · LIVIAE · L · HILAR · LIVIA THEOP  
ARC

434. ARC. Hoc est *Arcarius*, qui domesticae arcae pecuniariae praeerat. De Arcariis, deque eorum officio tum publico, tum privato nonnulla adnotavi ad Columbarium Libertorum Liviae Augustae pag. 163. quod, si otium est, vide.

436

CHRESTI · DIONYSI · L · CHRESIMI · DIONYSI L ·  
CHLOE THEOPHILVS  
ARIORATES POPILLI · LAENAEI

TRO-

436

437

T R O I V S  
P V E R  
V I X · A N · X I I I ·

D · M  
C · P V B  
L I C O  
A G L A O

Inventis aliquot marmoreis frustulis, non contemnenda sit accessio Tabulae, in qua Vigilum Cohortes VII. recensentur, quam editam habes in Parte I. huius Operis pag. 125. num. 13. Non vacat integram referre; sed ea tantum, quae in fine, supplenda sunt ad fidem marmoris, exordio facto a linea 26. ad calcem usque.

438

ANNI IAN VARI	STA TILI SEVERE	FLAVI ANTIOCE
VIBI CEL ER	R VFI	IVLI DOMNION
FLAVI MAR CE	MARI CLAUDIAN	7 LIBVRNA FIDEI
7 CANDIDIA NI	7 SEVERIANI	AELI ALEXANDR
LVCILI MARCI ANE	CLAVDI GNORIME	
IVLI MAXIME		
COH III VI G		
7 VICTORI		
AVRELI EXORATE		
DEDI CATA	III ID VS APR · AS	
ET ASPRO	CoS	

fic

438. Duo Aspri fratres, quorum praenomen Caius fuit, e familia Iulia, Consules fuere anno V. C. 965.  
P p Chri-

Christi 212. Antonino Caracalla imperante, eoque anno quo Getam fratrem suum in sinu matris occidit, ad diem v. Kal. Martias. De his Consulibus vide quae docti viri adnotarunt, Pagijs ad Annales Baronii hoc anno, Norisius in Epistola Consulari pag. 126. & Relandus in Fastis pag. 121. & seqq.

439

M · LIVIVS · MITHRES IVLIA MVSA

439. Titulus ita se habet, unica linea scriptus, non ut vulgaveram pag. 146. num. 56.

440

M  
NO QVI · VIXIT  
MENS · VIII · D · XXIII  
SIMO · VIRIVS · COLO  
A · CHRESTINA C  
SIBI · LIBERTIS  
STERIS q

441

D ΛΛ  
VIBIAE EV  
PLIAENI  
DAIM · S  
ALVIVS M  
ARINVS  
CON · BENE  
MERENT  
FECIT

441. Hic titulus a me productus pag. 168. num. 133. nonnullis in locis restitutus, iterum comparet.

CN.



442

CN · DOMITVS	
CN · L · CASTOR	
DOM	IA
	NDA

443

CALLINICVS
ET OCTAVIA
FELICISSIMO
ALVMNO
QVI · VIX · ANN
XIII · MEN · VH · D · VH

442. Prior titulus restituitur, inventis fragmentis, quae inter se sociantur, & corrigendus iam editus ibidem pag. 159. num. 92. & alter vitiose vulgatus pag. 165. num. 119.

444


D	M
N · BALONIVS	FAVSTVS
BALONIAE · N · L	
SECVNDAE · VIX · ANN · XXV	
N · BALONIO · DARDANO	

445


DIDIAE · EUPORIAE
VGI · QVAE · VIXIT · AN
MEN · VII · ET
ALICO · FILIO · EIVS
V · PERCVS · B · M

444. Cum mendo editus a me fuerat in tertia linea pag. 179. num. 190. item seorsim a me editi lapides num. 107. & 122. qui sociandi sunt, & ita se habet haec inscriptio, quae adlata est num. 445. licet dextrorsum mutila.

446




447




446. Pertinet ad eandem Birriam familiam, alter titulus sepulcralis editus ibidem pag. 159. num. 91. Qui vero sequitur titulus, a me vulgatus num. 183. cum altero num. 206. sociatus, pristinae integritati restituitur.


448




449




450




450. Nunc primum hi tituli lucem adspiciunt. TABV. Hoc est: TABVLARIIVS. De Tabulariis Augustae Domus vide, si otium est, quae adnotavi ad lapides Columbarii Libertorum & Servorum Liviae Augustae, e cuius servitio complures liberti ac servi recenserunt in his a me editis titulis.



452



453



452. Contigit hunc titulum iam a me editum pag. 171. num. 144. repertis variis frustulis, tam bene confarcinare, ut facili negotio, quae desunt suppleri possint. Notandum DVM AD VIXIT. In alio titulo Musei Suburbani Strotii pag. 406. num. 215. QVA · AD · VIXIT · BENE · Alibi me legere memini QVO AD VIXIT.

453. BASTVS. Videtur prior littera scalpro deleta, & altera refeeta a quadratario. Subspicor scribere voluisse BLASTYS; quod in libertis saepenumero occurrit. Quum singulos lapides perlustraret, & cum editis conferret vir eruditissimus ac nobilissimus Ioannes Macnamara, comperit multos lapides, iam a me editos, desiderari: furtive sublato auguror, quum inter hos non pauci insigniores desint, quos si lubet invenire poteris, optime lector, iam publici iuris factos

Etos sub hisce numeris 8. 9. 21. 27. 39. 40. 51. 54. 64. 65. 66. 118. 145. Inter haec non pauca intercidisse marmora cognosces, quae iam doctissimus Donius centum fere ab hinc annis exscripserat; quae ex eius Schedis protuli in Parte II. huius Operis in Appendice a num. 34. ad 52. Ex iisdem Schedis, rursus spicilegio accuratius facto, haec quoque inscripta marmora reperire contigit, quae apud Nobilissimos Corsinios exstabant, quae modo desiderantur.

454

TROIIVS LIVIAE ATTICVS

C. IVLIVS GNOMON EVHODI. L.

VIX. AN. XXV

455

ELATE. AGRIPPINAE

GERMAN. CAES.

456

ERTIAE. PRIMAE. CL. CAES

ELEV THERVVS.

DANT

457

FORTVNATVS. DEC. TI. CL. M

TI. CAESARIS CLEMA

CHIONES

MAMMIAE

FORTVNATI

D M



458

D M

DRVSI · PAT

PRIMIGENIO · QVI · VIXIT · ANN

XXXII · DIES · VII

FAVSTVS · ANTONIAE · DRVSI · . . . . IVCVNDI

CHRESTIANVS

459

EPAPHRE · C · CAESARIS

. . . . DEDIT CHAETE

460

IVS · C · CAESARIS

IVLIAE · EVCHE

DEDIT · BENIGNA

461

TI · CLAVDIVS · AVG · L

THEODOTVS · VIXIT

ANNOS · L ·

462

M · IVLIVS · AVGVSTAE · L ·

MENANDER

IVLIA · FAVSTA

MENANDR ·

461. Duorum lapidum, qui postremi recensentur, nonnulla fragmenta. simul consociata sunt.

*Sigil-*

*Sigillum aereum cum hac epigra-  
phe : exstat in Museo Buccellio.*

*In Museo Coratio Cortonae alte-  
rum sigillum aereum.*

463



464




*In eodem Museo Buccellio, in fun-  
do patinae fctilis, rubri  
coloris.*

*Clusii, in Aedibus D. Claudii de  
Samuellis, Eq. Ord. S. Ste-  
pbani.*

465



466



466. Haec urna ex Tiburtino lapide urnarum  
Etruscarum figuram servat; adeoque est vetustissima.

*Ibidem, in urna e Tiburtino mar-  
more cum operculo.*

*Ibidem, in operculo urnae  
similis.*

467

C · B A E B I V S  
L · F

468

C · B A B I V S · C · F  
A R H S

A R R E S P E X

*Ibidem, in urna simili.*

*Ibidem, in urna adsimili.*

469

L · S E N T I V S · L · F  
S A B I N V S · B L A E S V S

470

V I R I A : Q · L · H I L ·  
M O N V .



M O N U M E N T A  
 V E T E R V M  
 CHRISTIANORVM

ERVTA E FLORENTINIS COEMETERIIS.



Vmmo Dei Optimi Maximi beneficio factum arbitror, ut aetate hac nostra veterum Christianorum Florentinorum, pauca licet, plurimi tamen facienda, Monumenta, quibus primordia Historiae sacrae huius inclitae Urbis mirifice illustrantur, e tenebricoso terrae sinu, in quo saeculis ferme quatuordecim & amplius iacuerunt, optatam in lucem feliciter prodierint. Nihil hisce Monumentis insignius habet Florentia, licet eius Musea nobilissima, privataeque procerum domus antiquis operibus valde sint refertae. Ex his prisca aevi sacris reliquiis discimus, quae nam fuerint primaeva illa Evangelicae praedicationis beata germina, & quae sanctissimi

morum illorum Christi Fidelium nomina ; inter quos aliqui Florentinae Ecclesiae sacrosancta munia obierunt : nam alii Diaconi , alii Lectores ; aliae Virgines , aliae Ancillae Dei dicuntur. Virorum nomina haec sunt : CONSTANTIVS — ERPA — FVNDANIVS IOVIANVS — LAVRENTIVS NVMERIVS — MAXIMVS — ROMANVS — FLAVIVS ROMVLIVS — SEGIVS — VERVS. Feminarum vero haec nomina innotescunt : AQVILIA PAVLINA — AQVILIA VALENTINA — AVGVSTVLA — CARTAGO — FADIA VERIANE — FELICITAS — FLAVIA MARTINA — IVLIANA. MARTHA . Ne dubia excitentur in perscrutanda eorumdem Christianorum lapidum antiquitate , in duobus ex his adnotatur tempus in quo positi sunt , nempe duo paria Consulium , Honorii videlicet Augusti XI. & Constantii II. , qui Consulatum iniere anno V. C. MCLXX. Christi vero CCCCXVII. Dei Ecclesiam moderante Innocentio Pontifice Maximo , cui successit Zosimus : item Isidori & Senatoris , qui Consules fuere anno a Christo nato CCCCXXXVI. sedente S. Xysto III. Pontifice Maximo.

Maxima ex parte Christiani lapides , qui nunc proferuntur , eruti sunt e Coemeterio vetustissimo , quod nunc fere universam occupat Ecclesiam Sanctorum Machabaeorum , quae vulgo S. Felicitatis nuncupatur . Fortuitam eorumdem lapidum inventionem paucis operae pretium est exponere . Anno MDCCXXXVI. quum a solo exstrueretur eadem Ecclesia SS. Machabaeorum , servata anterioris figura , miroque cultu & eliganti forma reficeretur , quam hodie cernimus , Architecto Ferdinando Ruggiero , viro peritissimo , & de patriae splendore , aere incisis , editisque permultis insignioribus Urbis huius aedificiis , optime merito : forte fortuna contigit , ut egestis ruderibus laeva parte eiusdem Ecclesiae , prope locum , in quo olim situm erat altare Deo  
dica-




dicatum in honorem Sanctorum Angelorum , ac praesertim Archangeli Raphaëlis , Christiani lapides , quos paullo inferius proferam , eruerentur ; fossorum tamen imperitia non integri , sed plerumque in varia frustra discissi , qui tamen facile confarcinari & confociari potuerunt. Iam ego monueram fore , ut si diligenter fossarii investigarent , & cubicula Coemeterii aperirent , facile inventuros uberem horum Christianorum lapidum messem. Sed bene , ut sperabam optabamque , res minime cessit : nam terram egerere profundius latiusque & cubicula aperire , nonnulli , quorum nominibus parco , prohibuerunt , ut modicis sumtibus parcerent : pluris pecuniam aestimantes , quam hasce primaevae Florentinorum pietatis venerabiles reliquias. Id non ego dumtaxat , sed omnes Florentini aegerrime tulerunt. Iam enim , lucem ferente Christiano lapide , quem iterum heic subiicio , sub solo eiusdem Ecclesiae eruto , anno MDLXXX. quum in eo scriptum legerem POSITI SVNT , PER SINGVLA COEMETERIA : antequam alii lapides eruerentur , quindecim ferme ab hinc annis , suspicatus fueram , seu potius divinans scripseram , eo in loco fuisse antiquissimum Christianorum Florentinorum Coemeterium : quapropter in Parte I. huius Operis pag. 299. ita adnotaram : *Et heic quoque , ubi modo S. Felicitatis Templum conspicitur , antiquum primorum Christianorum Coemeterium extitisse , horum marmorum non levi suffragio coniiicio. Quod divinabar , verum esse tunc compertum est. Sed ecce eum lapidem , cum quo alii duo , quos subiicio , sub pavimento eiusdem Ecclesiae SS. Machabaeorum , memorato anno effossi sunt : quod olim penes D. Dominicum Nardium Florentiae extare dixi , loco superius citato.*

I

B M  
 FL & ROMVLIANVS  
 INFAS s Q s VIXIT s AN  
 s VI s ET s M s VII. ET  
 FRATRES s IPSIVS  
 QVI . POSITI SVNT s  
 PER . SINGVLA C(E  
 METERIA s VER <sup>us</sup>  
 Q s VIXIT s AN s X  
 ET ROMANVS . Q <sup>ui</sup>  
 VIXIT A N s V  
 ET AVGVSTVLA <sup>q.v</sup>  
 AN s III & S  
 IN PACE

2

B & M  
 LAVREN TIVS NV  
 MERIVS . DIA CONVS  
 VIX . ANNO S.P.M. V DE  
 POSITVS . V . ID VS OCTO  
 . IN PACE 

3

M  
 ACER  
 IIVS  
 CONSTANI  
 QVI VIXIT  
 ANNOS XXX  
 VII . DEPOSI  
 . . . . . V  
 KAL . DECEM  
 BRES . IN . PACE

2. De ramusculis hisce, quibus Christiani lapides ornantur, consulendus Aringhius & Boldettius, egregii sacrorum monumentorum interpretes.

Sed

Sed non hos tantum lapides Christianos, verum & alios post memoratum annum MDLXXX. ex eodem Coemeterio erutos fuisse comperio ex his quae narrat R. Presbyter Sanctes de Affettatis in Codice, quem inscripsit *Memoriale di S. Felicita*, quem cum aliis ab eo exaratis diligenter servant Nobiles Ancillae Christi, eiusdem Ecclesiae Moniales in suo Archivo, veterum monumentorum locupletissimo. Fuit idem Sanctes viginti annorum spatio eidem Ecclesiae Praefectus, & Monasterii Monialium Moderator omni laude dignissimus. Monumenta omnia, quae ad Historiam eiusdem Ecclesiae pertinent, diligenter collegit, digessit, ac descripsit patrio sermone, anno MDCXIII. aetatis vero suae sexagesimo tertio. Ita igitur scribit: *L'anno 1580. facendo Iacopo de' Rossi la sua Sepoltura vicino alla Cappella del Crocifisso (pertinet hoc Sacellum ad Gentem nobilissimam Florentinorum Patriciorum del Nero) si trovarono da cinque braccia sottoterra alcuni Epitaffi di sepulture in predetto marmo: i quali mostratigli al Rev. Don Vincenzio Borghini, disse, che quelle lettere mostravano d'esser fatte da mille anni. Fu mala cosa il non conservarli: e nel fare altre Sepulture: come quella delle Monache, l'anno 1588. e più fà quella della nostra Compagnia, si sono trovati pavimenti bassi più che non è la piazza nostra, e muri grossissimi.*

Memorato anno MDCCXXXVI. statimac aliquot lapides Christiani inventi sunt, nempe VII. Kalendas Quinctiles, quum frequenter ad Ecclesiam hanc, quae tunc construebatur, adcederem, vidi e regione altaris SS. Angelorum parietem, qui subtus gradus eius extendebatur ad alterum latus, nempe dextrum, habito respectu ingredientium in Ecclesiam: qui paries admodum validus & crassus, e coloribus variis qui supererant, sacris Historiis antiquitus pictum



Etum fuisse adparebat ad exemplum veterum Cryptarum Romanarum, quarum schemata publici iuris fecere Bosius, Aringhius, & alii. Narravit mihi Ruggerius Architectus inventum etiam fuisse a fossariis sarcophagum lapideum, quem propter ingentem molem extrahere noluerunt. Haud igitur angustum, sed latum, concameratoque opere constructum fuisse hoc Coemeterium, perspicuum est, in quo primum sacram Synaxim habuisse priscos Florentinos Christi Fideles, haud dubitandum est. Adlatus lapis plura in eo Coemeteria, nimirum cubicula, fuisse diserte docet. Fuisse arbitror venerandum hoc Coemeterium sub cura Antistitum Florentinae Ecclesiae; nam tamquam rei suae, eiusdem expresse meminit Ildebrandus Episcopus Florentinus in Charta donationis, quam dedit Monasterio, & Monachis inservientibus Basilicae S. Miniatis, quam summa magnificentia a fundamentis exstruxit, una cum eorum Monasterio. Instrumentum huius donationis adfert Cl. Vghellius in Tom. III. Italiae Sacrae col. 48. in haec verba: *Similiter ibidem concedo Ecclesiam S. Felicitatis, quae est posita prope Capo de Monte, CVM COEMETERIO, & certis terris, & vineis quaecumque de ipsa Ecclesia tenet Ioannes Presbyter, filii Vrsi Presbyteri. Lege tamen prope Capo de Ponte: nam haec Ecclesia ita in aliis priscis monumentis describitur, quod sita sit prope caput, nempe extrema pontis, qui nunc vulgo ob eius antiquitatem, & quod primus omnium pontium fuerit Arno impositus, dicitur il Ponte vecchio. Lege etiam & vineis & quaecumque tenet &c.* Ex quibus colligimus, magno in honore fuisse apud priscos Florentinae Ecclesiae Pastores hoc perinsigne Coemeterium, tunc situm extra ipsam urbem Florentiam; cuius exstructio vetustissima est, & facile ad primordia Christianae Religionis referri potest; quum Florentinam

tinam



tinam Ecclesiam moderaretur S. Felix, qui Romano Concilio interfuit, contra Novatianos celebrato, anno CCCXIII. sicuti narrat Optatus Milevitanus, veteresque eiusdem Concilii subscriptiones fidem faciunt: vel quum eidem Sanctae Ecclesiae praeesset S. Theodorus; quo sedente in Florentina Cathedra, vetusta perhibent monumenta, eum consecrasset Basilicam & Baptistarium S. Ioannis, uti in eius Historia, Deo dante, ostendam. Patet etiam multos ex his Christi Fidelibus in hoc Coemeterio tumulatos fuisse, dum Florentinae Ecclesiae praeesset Sanctissimus Antistes Zenobius, & per saecula sex & amplius, quae secuta sunt, maximo in honore fuisse, quum saeculo XI. praeaudatus Ildebrandus Episcopus Florentinus de eo praecipue meminerit, illudque concesserit, & adsignaverit cum aliquot possessionibus Basilicae & Monasterio S. Miniatis.

Huiusce studii colligendorum veterum monumentorum, quod nunc mirifice viget floretque inter Florentinos, ac vigere & florere tum maxime coepit, praesertim quum Petrus Victorius, Ioannes Riccardius, Vincentius Borghinius, Ioannes Baptista Donius, Carolus Senator Strozius, Cosmus della Rena, alique nobiles & illustres viri Florentini viverent: atque ante hos Magnifici viri Cosmus Medices, & Laurentius, eorumque alumni Politianus, & Poggius, qui ceteris facem extulerunt: utinam parva aliqua scintilla in maioribus nostris resplenduisset! Sed iidem teterrimis bellis domi forisque impliciti, a saeculo potissimum decimo usque ad extrema fere Florentinae Reipublicae tempora, de his, deque aliis eximiae eruditionis monumentis, nullam curam habuere; quin etiam tam inculti barbarique fuerunt, ut ea quae maximo Urbis decori erant, & ad patriam Historiam illustrandam maxime conducebant, qua possumdederint,

qua

qua diruerint, qua inter fundamenta aedium proiecerint, vel in fornaces abiecerint: quod fatum ab Ioanne Iucundo superius valde deploratum legimus; ut hinc coniiicere fas sit, multa etiam nunc sub humo latere monumenta: quod in dies perspicuum esse, compertum fit; nam in Foro veteri pavimentum antiquum variis marmoribus egregie testellatum paucis ab hinc annis inventum est: item substructiones repertae veterum aedificiorum prope Forum piscarium: & prope Thermas nuper inventa est columna pulcherrima e marmore ex Ilva insula, altitudinis duodecim pedum Romanorum, & capitulum e marmore pulcherrimum atque elegantissimum: item egregii operis antiqui marmoreum caput Iovis Serapidis prope easdem Thermas, post Ecclesiam S. Balsii, quae a nobis descripta, & delineata sunt, hodieque earum reliquiae in Museis servantur.

Dominico Mariae Mannio Viro clarissimo, de erudita antiquitate, patriaque historia optime merito, multum Florentini, atque ego ipse debeo; nam, quum prope Ecclesiam S. Felicitatis domum haberet, pervigil a me atque ab amicis rogatus curabat, instabatque fossoribus, ut si quos lapides invenissent, statim de his eum monerent. Omnium primus statim mihi nunciavit erutos esse aliquot Christianos lapides e memorato insigni Coemeterio; quos ipse primus diligenter exscripsit, idque ego ipse quoque mox feci, amboque amicis venerandae antiquitatis cultoribus una communicavimus. Plane omnium princeps, qui hos lapides in lucem protulit, memorandus est vir, omni aevo praestantissimus Ludovicus Antonius Muratorius, qui in *Class. V. pag. CDI. Tom. I. Thesauri novi Inscriptionum antiquarum nonnullos pervulgavit; sed quod apographa ab Antonio Francisco Marmio Equite Florentino*


acceperit, postquam per varias hominum manus ivere, ut evenire solet, non omnino accurate, eo curante, prodierunt. Diligenter hanc spartam postmodum occupavit Petrus Franciscus Fogginius Florentinus, Sacrae Theologiae Doctor, mirabilis Vir, qui ad fidem ipsorum lapidum Christianos hos titulos pervulgavit in Exercitatione singulari *de primis Florentinorum Apostolis*, Florentiae edita anno MDCCXL. quam postea iterum produxit insertam in singulari item Opere *De itinere & Episcopatu D. Petri*. Rem igitur facturum antiquitatum cultoribus gratissimam, easdem inscriptiones, ad marmorum fidem a me, & ab eo delineatas, ligneisque formis incisas, ab eodem humanissimo viro, ut heic rursus proferrem, inpetravi. Alia quaedam fragmenta eorundem lapidum, ab eo praetermissa, adiicienda curavi. Graecam illam inscriptionem, in qua Honorius & Constantius Consules adnotantur, primus omnium in lucem protulit V. C. Franciscus Eques Victorius, in egregio opere, quod Florentinis typis excusum est anno MDCCXXXVIII. inscripto: *Il Fiorino d'oro antico illustrato*, quod mihi honoris causa inscripsit, protulitque Cap. V. ut ostenderet quinto potissimum saeculo Florentinos S. Ioanni, Christi Domini Praecursori & Baptistae devotos, se urbemque suam eius patrocinio & tutelae commendasse, usumque forsitan iam inde invaluisse, ut Baptismate tinctis Fidelibus Ioannis nomen imponeretur: quum aliorum lapidum Christianorum penes Donium Class. XX. num. 2. 77. & 79. itemque Reinesium Class. XX. num. 324. & 325. auctoritate constet, eo saeculo frequentius Ioannis nomen Christi fidelibus imponi consuevisse. His adde alterum Graecum lapidem penes Cl. Boldethium Lib. II. Cap. VII. pag. 417. Observat. in Coemeteria SS. Martyrum. Tota Italia S. Ioannis Baptistae cultum mirifice auxerunt atque amplificaverunt



runt Langobardi; cuius rei penes Paulum Diaconum insigne exstat testimonium, quod me legere memini.

Praeter hoc venerandum celeberrimumque veterum Florentinorum Christianorum Coemeterium, alia item Coemeteria olim variis in locis extra hanc urbem fuisse, ex antiquis monumentis compertum est, quae postmodum commemorabo. Nunc primum ab illis exordium sumam, quae nostra hac aetate eruta sunt, dum Basilica SS. Machabaeorum, quae nunc *S. Felicitatis* vulgo dicitur, paene a solo magnificentius exstrueretur, adnotato ad singulos lapides tempore, quo effossi sunt.

*Titulus marmoreus effossus Kal. Iun. anno MDCCXXXVI.  
alt. fere II. ped. Rom. lat. ped. I.*



4. Cl. Fogginus pag. 11. prae laudatae Exercitationis, Cl. Muratorii interpretationem, quam huiusce lapidis adfert, & suas in eam animadversiones ad-



adduxit, quas huc adferre iterum lubet: *Haec Inscriptio, quam prout acceperat ab Antonio Francisco Marmio, Equite Florentino, edidit totus in orbe notus Antonius Ludovicus Muratorius, Class. v. pag. CDI. Tom. 1. praestantissimae veterum Inscriptionum collectionis, quae nunc Mediolani in lucem editur, & refert etiam, eruditione non minus, quam generis nobilitate clarus, Eques Franciscus Victorius in Commentario Historico de celebri nummo aureo, vulgo il Fiorino d'oro (Part. 1. Cap. v. pag. 19.) scripta est sub Augusti Honorii Consulatu XI. & Constantii II. scilicet anno Christi 417. Porro Latine sic vertitur.* ENΘA heic: KITE iacet: MAPA Maria: ΘΥΓΑΤΗΡ filia: IOANNOΥ Ioannis: K<sup>o</sup> NIKEPATΩN cui (patria locus) Niceratum, inquit Muratorius; id quoque addens, Niceratum fortassis fuisse vicum illum apud Apameam Syriae situm, qui a Theodoro Niceste appellatur. Verum quo iure vir Cl. verterit K<sup>o</sup> NIKEPATΩN, cui Niceratum, non subit; & nos quidem sine versione in medium relinquere malumus, quam male vertere: EZHCEN vixit: AITH annos: TPJA tres: <sup>H</sup>M TPIC menses tres: <sup>H</sup>MI<sup>s</sup> & semis: ΠICTH fidelis: ETΔEYTHCEN defuncta est: <sup>H</sup>M mensis: ΞΑΝΔΙΚΟΥ Xandici: Δ̄K forte *deuari* die decima: Muratorius explicat die quarta; sed ex malo autographo scribit etiam Δ̄F contra lapidis fidem: ΓΗΑΤΙΑ sub Consulatu. Hucusque Cl. Fogginius.

Haesit mihi aqua in illis K<sup>o</sup> NIKEPATΩN. Primum dubitavi, num sigla illa K<sup>o</sup> iudicarent, usurpato more stiloque rudi eo saeculo, seu integrum referrent ΚΑΛΟΝΥΜΩ, vocati, adpellati, sive cognominati NIKEPATΩN: adeo ut primum patris huiusce puellae nomen sit Ioannes, quod sacro Baptismate tinctus accepit; alterum vero quod sequitur nomen, quo ante Baptisma audiebat, NIKEPATΩN Niceraton fuerit. Exemplum non deesse videbam & in Sacro Codice.

Actorum Cap. X. v. 32. Καὶ μετακάλεισαι Σίμωνα, ὃς ἐπι-  
καλεῖται Πέτρος. *Et accersi Simonem, qui cognominatur*  
*Petrus.* Item Cap. XIII. v. 1. Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ:  
*Simeon, qui vocabatur Niger.* Ibidem v. 9. Σαῦλος  
καὶ ὁ καὶ Παῦλος: *Saulus qui & Paulus.* Non raro etiam  
in monumentis veterum Christianorum tum Grae-  
cis, tum Latinis, idem stilius servatur. In lapide a  
me edito in Parte I. huiusce Operis pag. 219. n. 20.  
ΣΙΜΠΛΙΚΙΑ· Η· ΚΑΙ· ΚΑΛΩΝΥΜΟΣ: *Simplicia, quae &*  
*Calonymos.* Item FLAVIA QVAE ET FELICITAS. etc. In  
his vero observandis mihi non placebam, quum  
apud Geographos de hoc peculiari loco nil scriptum  
invenirem. Sed in marmore non ΚΑΛΩΝΥΜΩ, sed  
Κ<sup>ο</sup> ΚΑΛΩΝΥΜΟΥ scribendum erat. Hisce obrutus diffi-  
cultatibus, quid viri docti sentirent, expiscatus sum.  
Meas difficultates primum per litteras exposui do-  
ctissimo omnis antiquitatis & eruditionis interpreti,  
& vindici Ioanni Gaspari Hagenbuchio, Tigurino  
Professori celeberrimo, qui haec inter cetera, quae  
excerpsi ex eius epistola, data Idibus Novembris,  
anno MDCCXXXVI. ad me perhumaniter scripsit.

„ Marmor illud tuum orthographiam sequitur  
„ Graecam, a puriore satis abeuntem; neque ve-  
„ ro eam in quinti saeculi monumentis insolitam;  
„ cuius ante omnia species has septem enumero:  
„ AI pro E. ΑΙΤΗ.  
„ Δ pro Θ. ΞΑΝΔΙΚΟΥ.  
„ E pro AI. ΚΙΤΕ  
„ I pro EI. ΚΙΤΕ. ΤΡΙΣ. ΤΠΑΤΙΑ  
„ N omissum ante Σ. ΚΟΣΤΑΝΤΙΟΥ  
„ N ἐφελευσικόν etiam ante consonam: ΕΤΕΛΕΥΤΗCEN ΜΗ  
„ O pro Ω. ΙΩΑΝΝΟΥ. ΟΝΟΡΙΟΥ. ΚΟΣΤΑΝΤΙΟΥ.  
„ quae singula Indicum a Scaligero ordinatorum,  
„ Capiti XIX. tum inferi, tum iam inserta alia fir-  
„ mare, ex iisdemque firmari, facile possunt. His  
„ ita praemissis, Graecum lapidem tuum ita legam  
„ at-

„ atque interpreter. Ἐνθα κείται Μαρ..... (forte Μαρία)  
 „ θυγάτηρ Ἰωάννου..... ἔζησεν ἐπὶ ἑία, μῆνας ἑεῖς, ἡμέρας δέ-  
 „ κα, πισὴ ἐτελεύτησε μηνὶ Ἐαυθίου δεκάτῃ, ὑπατεία Οὐωνίε Αυγέ-  
 „ σου τὸ ἐνδέκατον, καὶ Κωνσταντίου τὸ δεύτερον. Hoc est: *Heic*  
 „ *sita est Mar...* (forte *Maria*) *filia Ioannis.....*  
 „ *vixit annos tres, menses tres, dies decem, fidelis,*  
 „ *defuncta est mense Aprili, decima die. Consulatu*  
 „ *Honorii Augusti XI. & Constantii II.*

„ ΜΑΡ..... Α. Nomen defunctae puellae integrum  
 „ invidit nobis vetustas: ultima enim versus primi  
 „ corrupta sunt: vel sic ΜΑΡΙΑ restituendum esse,  
 „ non difficile est coniectu.

„ Κ<sup>ο</sup> ΝΙΚΕΡΑΤΩΝ. Heic vero haereo: Poteram  
 „ coniecturam in medium adferre unam atque item  
 „ alteram: sed veritus, ne immaturores essent, vul-  
 „ pem Aesopicam imitari malui: *nondum matura*  
 „ *est, nolo acerbam sumere.* Id unum Te etiam at-  
 „ que etiam rogo, ut saxo iterum curatissime in-  
 „ specto, significes, an certa & definita sit haec tua  
 „ exscriptio; in primis an litterae κ. ita superposi-  
 „ tum sit ω, non ου. vel quid aliud. Est vero etiam,  
 „ quod magis te rogem, qui quaestionem posuisti,  
 „ eam ipse mihi ut expedias: magnam ita a me,  
 „ mox deinde ab omnibus, si, quam spem facis,  
 „ tertium Volumen proxime edideris, gratiam  
 „ inibis.

„ I<sup>h</sup> II. Putabam, forte post I. fenarii Graeci no-  
 „ tam ε adesse, quod ἐπίσημον *Vau* vocant: quo  
 „ modo dies exiissent non tantum X. sed XVI. at  
 „ quum eandem figuram versu 8. post ΑΥΓ occur-  
 „ rere vidi, eam ornatus gratia abundare credidi  
 „ utroque loco.

„ ΠΙΣΤΗ. Adnotatione mihi dignum videtur, pu-  
 „ ellulam, nondum quatuor annorum, iam ΠΙΣΤΗ vo-  
 „ cari: quod fieri existimandum est, quia parenti-  
 „ bus Christianis orta, sacroque Baptismatis lava-



- „ cro tineta, Christo nomen dedit. Τα τῶν πιστῶν τέτρα  
 „ ἀγία ἐσιν. I. Corinth. VII. 14.  
 „ <sup>H</sup> M ΞΑΝΔΙΚΟΥ. Lege μινὶ Ξανδικοῦ. ita in Gruter.  
 „ MLII. 6. ΜΗΝΙ ΠΑΝΗΜΟΥ. & MCLXI. 2. ΜΗΝΗ ΩΚΤΟΥ.  
 „ ΒΡΗΟΥ. i. e. μινὶ Ωκτωβρίου. etsi analogia concordiam  
 „ substantivi μιν, & adiectivi Ξανδικός, in eodem ca-  
 „ su postulet, μινὸς Ξανδικῆ: quo modo si quis legere  
 „ malit, ut genitivi regantur ab suppresso substan-  
 „ tivo ἡμέρα, non refragabor: in mea lectione da-  
 „ tivus μινὶ ab subintellecta praepositione ἐν regitur;  
 „ genitivus autem Ξανδικοῦ, ac si substantivum esset,  
 „ non adiectivum, a substantivo μινί. Ceterum men-  
 „ sis Ξανδικοῦ nomen esse Macedonicum, seu Syro-  
 „ Graecum, cum Aprili Romanorum convenire,  
 „ tralatitium est.  
 „ Δ Κ. Torserunt me aliquamdiu, parumque ab-  
 „ fuit, quin Δ Η legerem tentarem: i. e. τετάρτη (sc.  
 „ ἡμέρα) τῆ (ὑπαρεία). At ligari Κ & Τ in eadem fi-  
 „ gura, quum typus tuus nimis aperte praeferreret,  
 „ tandem Δε Κά Τη sum interpretatus: memor, in po-  
 „ sterioris aevi saxis, quale hoc nostrum esse mox  
 „ patebit, syllabas integras singulis tantum litteris  
 „ non raro incisas esse: cui rei exempla nunc non  
 „ quaero, copiose invenienda: quorum complura ali-  
 „ bi enotavi, in quibus etiam voces adscriptis tan-  
 „ tum litteris consonis, omissis vocalibus, ut no-  
 „ stra haec ΔΚΤ. i. e. δεκάτη sc. ἡμέρα, quod substan-  
 „ tivum toties solet omitti. Quid? quod doctissimus  
 „ Massonus in animadvertendis ad novam Gruteri  
 „ editionem pag. CCCLIV. a init. ad Gruteri saxum  
 „ mihi iam citatum MLII. 6. monuit: Ἡμέρα certe  
 „ addi non solet, nisi cum feria, seu dies hebdomadis  
 „ notatur, sicut compluribus exemplis probare possem.  
 „ Vide modo MCLXI. 2.  
 „ Ὑ Α. Τ. Quum certissimum sit, Honorium Aug.  
 „ XI. & Constantium II. Consules fuisse anno post  
 „ C. N



„ C. N. CCCCXVII. certissimum quoque est, ad eum-  
 „ dem annum, nostrum saxum referri debere: de quo  
 „ quum tibi non sit dubium, vide quaeso, num in  
 „ saxo tuo non T sed prorsus tantum I seu lineola, ut  
 „ in numeris saepe solet, superiacente  $\bar{I}$ , inscul-  
 „ ptum sit: ita enim TO AI. id est τὸ ἑνδέκατον, quod  
 „ indubie requiritur, legemus. Scilicet, in numis  
 „ Graecis saepissime minorem numerum maiori prae-  
 „ cedere: id quod, & in hoc saxo observatum pu-  
 „ tem. A unitatem Graecis, I. vel  $\bar{I}$  denarium nu-  
 „ merum iisdem notat: ut AI idem sit, quod IA;  
 „ utrumque XI. Quod si etiam in saxo T ipsum sit  
 „ insculptum, vitio errantis quadratarii id contigisse  
 „ nullus dubito. Miror vero, Relandum Fast.  
 „ Consul. p. 580. ex Grutero, & p. 563. ex Browe-  
 „ rio, ad duos annos diversos, tamquam duo di-  
 „ versa saxa retulisse, quod nonnisi unum idemque  
 „ est saxum Trevirense, in quo Constantini Consu-  
 „ latus I. cum VIII. Honorii coniungitur: de quo  
 „ Petavii rationes sequendas sibi quoque duxit Chro-  
 „ nologorum, quos nostra aetas vidit, facile prin-  
 „ ceptus Massonus, nota ad Gruterum iam adlata. Re-  
 „ landus Constantinum Consulem (in Galliis) an-  
 „ no post C. N. 409. cum Constantio iterum Con-  
 „ sule anno post C. N. 417. temere confundit loco  
 „ posteriore. Sed de saxo Graeco iam satis me ti-  
 „ bi fecisse puto, ut ad alia brevissime expendenda  
 „ merito descendam.

„ Sequenti anno data ad me epistola a. d. XV.  
 „ Kal. Februarias, haec scripsit idem Hagenbuchius vir  
 „ Celeberrimus. „ Anno superiore toto nil me docuisti  
 „ de saxo Graeco κ̅ ΝΙΚΕΡΑΤΩΝ, ut nec de  
 „ Ἰ. Α. Τ. Obtulerunt interea temporis mihi se haec  
 „ etiam exempla, quibus meam emendationem, Fa-  
 „ stis unice nixam, Ἰ̅ Α̅Ι, praeterea confirmem. Gru-  
 „ ter. CCCXXVII. lin. 15. 16. ΕΙΣ ΤΟ Κ̅ Ḷ Α. ΚΑΙ Κ̅

„ Z A

„  $\bar{z}$   $\Lambda$  (in nova editione textus  $\kappa$   $z$   $\Lambda$ , reiecta in mar-  
 „ ginem lectione, cui lineola superiacet,  $\bar{\kappa}$   $\bar{z}$ )  $\text{HAI } \bar{\text{H}}$   
 „  $\bar{\kappa}$   $\Lambda$ . item linea antepen.  $\bar{\theta}$   $\bar{\kappa}$   $\Lambda$ . Vnde promiscue  
 „ vicenarium numerum  $\bar{\kappa}$ , numeros intra denarium,  
 „  $\bar{\text{C}}$ , (*ἐπίσημον βᾶυ*, cuius figura trita  $\zeta$  de qua Hadr.  
 „ Relandus Praef. ad Fastos Consulares fratris sui  
 „ pag. \*\*\* 5. b)  $\bar{z}$ ,  $\bar{\text{H}}$ ,  $\bar{\theta}$ , bis consequi, bis an-  
 „ tecedere videmus. Adde Gruter. CCX. CCXI. ubi  
 „ minores numeros denario numero antecedere, ip-  
 „ sumque meum  $\text{AI}$ , hoc est, XI., plus semel occur-  
 „ rere videbis. Apud eundem Gruterum CCCCXCI.  
 „ I. *φυλή*  $\bar{\text{IA}}$ . & CCCCXCV. I. *φυλή*  $\bar{\Delta\text{I}}$ . Quae ad saxum  
 „ aliud Vol. I. Inscriptionum Romanarum in Etru-  
 „ ria pag. 429. num. I. ad te perscripsi, eadem  
 „ iam Carolo Dato quoque in mentem venisse ex  
 „ Inscriptionibus Donianis pag. 563. fin. postmodum  
 „ vidi, de eiusque consensu mihi sum gratulatus.  
 „ Tomum tertium Inscriptionum Etruriae tuae quan-  
 „ topere desiderem & expectem, verbis vix profe-  
 „ ram. Dabis in eo & Graecum marmor, quod &  
 „ Muratorius habet CDI. 4. ubi  $\text{NIKEPATON}$  de  
 „ patria puellae, vel patris accipit, &  $\kappa^o$  transfert  
 „ *cui*: quod miror. Habet item  $\Delta$   $\bar{\text{T}}$  pro tuo  $\Delta$   $\bar{\kappa}$ ,  
 „ quod legebam *δεκάτα*. Ita  $\kappa^o$  accipere malletm de  
 „  $\kappa\acute{o}\rho\eta$  vico *Niceratum*, ut *Νικεράτων* sit genitivus plu-  
 „ ralis incolarum. Sed de his tu videris rectius.  
 „ Donianos Indices tuos, in quibus magno & in-  
 „ defesso labore conficiendis, Scaligerum feliciter es  
 „ imitatus, describendos mihi curavi, descriptos  
 „ dissecuri, ordineque paginarum Donianarum dispo-  
 „ sui, ut mihi de singulis iam saxis constet, quo-  
 „ ties & quomodo in Indicium tuorum Opere sint  
 „ adducta, etc.  
 „ In Gudiano & Doniano Opere eadem saxa da-  
 „ ri, veniam omnino meretur; quod utrumque  
 „ Opus eodem tempore, locis spatio terrarum valde  
 „ dif.

„ distantibus, in lucem edebatur: at in Muratorii  
 „ Opus magnam partem transfundi, indignor. Cur  
 „ Muratorius Donianos tuos sudores non eodem lo-  
 „ co habeat, quo Gruteri, Reinesii, Sponii, Fa-  
 „ bretti? etc. Gestiret animus explicatius proloqui,  
 „ quibus modis epigraphicum studium posset reddi  
 „ commodius, facilius, communius, nisi ea res epi-  
 „ stolae modum omnem transgrederetur etc.

Praemissis hisce Observationibus, insertisque in hoc Opere tamquam gemmis, nonnullas subiicere meas, proletarias quidem, non abs re esse videtur. Primum non arbitror puellae Christianae nomen truncum in ipso lapide ita supplendum ut dicat ΜΑΡΙΑ; nam marmoris frustulum quod deest, multa diligentia a me anquisitum, nec inventum, non duarum, sed ad minus quatuor, vel quinque litterarum capax videtur; adeo ut subspicari pronum sit scriptum ΜΑΡΚΗΛΙΑ, vel alterum nomen simile. ΜΑΡΚΙΑΝΑ. ΜΑΡΤΙΝΑ. ΜΑΡΤΙΜΑ; cuius nomen legitur in Christiano lapide inter Boldetthianos ad Observationes in Coemeteria SS. Martyrum Lib. II. Cap. IV. pag. 370.

Praecedat nomen defunctae puellae Christianae, ΕΝΘΑ ΚΙΤΕ. Haec formula vario modo, nec semper constanti, frequenter occurrit in Christianis titulis. Exempli habes penes V. Cl. Antonium Mariam Lupium Florentinum, S. I. Presbyterum, in Dissertatione & Animadversionibus ad Severae Martyris Epitaphium pag. 51. Tab. VII. ΕΝΘΑ ΔΕ ΚΕΙΤΕ ΜΝΙΑΣΕΑΣ. facile ΜΝΑΣΕΑΣ. *Hic iacet Mnaseas.* Ibidem: ΕΝΘΑ ΔΕ ΚΕΙΤΕ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ: *Hic iacet Iulianus.* Pag. vero 107. sic:



Π Ι C T O C Ε Κ Π Ι C

sic I Ω N Ζ Ω C Ι Μ Ο C

Ε Ν Θ Α Δ Ε Κ Ε Ι Μ Θ

Ζ Η C Α C Ε Τ Ε C Ι Ν

Β . μ Η . Α . Η μ Ε Κ Ε

scilicet : *Fidelis ex Fidelibus* (existens) *Zosimus hic iaceo* : qui vixi annos duos, mensem unum, dies vigin-  
tiquinque. Aliter in alio lapide apud eundem pag.

177. Ε Ν Θ Α Δ Ε Κ Ε Ι Τ Α Ι Φ Α Υ C Τ Ι Ν Α. *Hic dormit Faustina*. Frequenter etiam: Ε Ν Θ Α Δ Ε Κ Ι Τ Η Ε Ν Ε Ι Ρ Η Ν Η. *Heic dormit in pace* ; de qua formula vide Severanum, Romae Subterranean. Lib. II. Cap. XXII. pag. 191. desumpta ex vers. 9. Psal. IV. *In pace, in idipsum, dormiam & requiescam*. In nostro igitur lapide : Ε Ν Θ Α Κ Ι Τ Ε .

Ι Ο Α Ν Ν Ο Υ . *Ioannes pater est huius Christianae puellae*. *Ioannis* nomen in Christianis saeculis non nisi saeculo V. usurpatum animadverto. Ioannem & Varanam Consules adnotavi in Parte I. huius Operis num. 134. pag. 168. qui Consules in Oriente fuerunt anno post C. N. 457. Occurrit in Graecis & Latinis lapidibus apud Reinesium Cl. XX. num. CCCXXIV. & CCCXXV. In Aquileiensibus apud Cl. Ioannem Dominicum Bertolium num. DX. pag. 349. IOHANNIS LECT' CVM MATRE SVA AGNETA. In quo notanda interpunctio s. pro puncto, uti etiam exhibet hoc marmor ; & pag. 346. num. DIV. IOHANNIS MIL DE NVM CADISIANO. *Miles de Numero Cadisiano* : item pag. 334. num. CCCCLXXXIV. adfertur marmor, ut adparet, vetustius, cum hac inscriptione, tribusque insculptis figuris sublatis manibus, more orantium, & duobus candelabris :

HIC.



HIC . REQUIESCIT . PVER . IOHANNES  
 QVI . VIXIT . ANN . III . MEN . II . D . XIII .  
 DEPOSITVS . DIE . XIII . KAL . AVG . IN . PACE

Antiquius *Ioannis* nomen usurpatum lego in monumento, quod vide si otinum tibi est, hisque deliciis frui gaudes, in Specimine Rei Nummariae apud celeberrimum virum Andream Morellium pagina mihi 107. in quo multa adnotari possunt.

Quod pertinet ad tertiam huiusce lapidis lineam, certum indubitatumque est, non aliter scriptum quam, κ<sup>ο</sup> ΝΙΚΕΡΑΤΩΝ. Interpretatio Cl. Hagenbuchii, licet coniecturam adpellet, mihi magis adridet, & verisimilior videtur; nam κ<sup>ο</sup> prima tyllaba indicari putat nomen Κώρη, vicum nempe ΝΙΚΕΡΑΤΩΝ, *Niceratorum* populorum, qui vicum forsitan incolabant, qui a Theodoreto *Nicerte* adpellatur, situm apud Apameam Syriae. Sed exemplo Christiani lapides Graeci apud Cl. Boldetthium Lib. II. Cap. XVIII. pag. 555. liquet interpretandum esse τὸ κ<sup>ο</sup>, nempe ΚΩΜΗC. scilicet *pago*, seu *vico*; non autem Κώρη *regione*: lapis haec habet:

Φ	Λ	Α	Υ	Ι	Ο	Σ	Π	Α	Τ	Λ	Ο	Σ
Η	Ρ	Α	Κ	Λ	Ε	Ι	Δ	Ο	Υ	Α	Π	Ο
			Ε	Γ	Υ	Π	Τ	Ο	Υ			
Κ	Ω	Μ	Η	Σ	Μ	Ε	Γ	Α	Λ			
			Η	Σ	.....							
Τ	Η	Σ	Μ	Ε	Γ	Α	Λ	Η	Σ	Η	Ρ	Α

Hoc est: *Flavius Paulus Heraclidis* (filius) *ab Aegypti pago magnae..... magnae Heracleae*. In sacris militaribus, quae militum patriam declarant,

simili modo per unicam litteram, vocis initialem, eam notatam cernimus, nempe N. vel NAT. *Natione*, MV. *Municipio*, *Municipalis*, D. *Domo*. Insigne marmor Christianum inter Aquileiensa Musei sui adfert prae-  
laudatus Bertolius, in quo Luciae Severae filiae Zenobii, quae anno aetatis suae septimo cum Deo fuit, adnotatur natale solum, nempe civitas Niloa, quae facile est Nilopolis Aegypti, laeva ad Nilum sita, de qua Ptolemaeus:  $\text{C E T H P A O T T A T C P Z H N O B O T M H N O N Z A P O A Y T H C P O A E W E N I A W O T}$ . Superest dubium, utrum scriptum sit  $\text{ΠΟΛΕΩΕ}$  vel potius  $\text{ΠΟΛΕΩC}$ , ut suspicor. In marmore Ethnico, quod dedi in Parte I. pag. 373. num. 128. fit mentio puellae Pastophorae  $\text{Θ Ε Α C . Ν Ε Ι Δ Ω Τ Ι Δ Ο C Ε Ι C I A O C . Α Γ Ν Η C}$ . *Deae Nilotidis Isidis castae*.

Perrari sunt Christiani lapides, in quibus defunctorum patria indicatur, in quorum serie & hic noster adnumerandus. Apud Cl. Boldetthium paucos hosce alios adnotare lubet: IN PAGE DEFUNCTVS VERECVNDVS NATVS IN VRBE ROMA. ANNOS IXV. pag. 404. VICTORIA. DE REGIONE MADMEDERENSIVM. pag. 411. HAIAKON EMECHNON etc. ibidem. ANNEVS FORTVNALIS MILIS REGIONIS BISENTINAE. pag. 416. VALERIVS. LILA. SCVTARIVS NATIONE. MAVRVS.

[<sup>M</sup>]I<sup>s</sup>. Quod in quinta linea sequitur post I. nempe  $\epsilon$ . litera non est; sed interpunctionis nota. In lapide Syracusis advecto, qui adservatur in Museo Collegii Panormitani Soc. Iesu, notam aliam, similem notae Arabicae  $\sigma \sigma$  adnotat prae-  
laudatus amicus meus P. Lupius S. VIII. pag. 60. qui fusius de hisce interpunctionibus disserit.

$\text{ΠΙCΤΗ}$ . *Fidelis*. Fideles Tertullianus adpellat *intinctos*, & *perfectos Dei servos*: Hieronymus *Christianos*, in Dialogo adversus Luciferianos. Vetusti lapides distinguunt *Fideles*, & *Audientes*, quorum mentio in adlato a me lapide Christiano in Par. I.

hu-

huius Operis pag. 288. num. 2. *Fideles* namque, dimissis post missam *Catechumenis*, manebant, & orabant cum aliis Fidelibus, hisque solis licebat recitare Orationem, quae propterea a veteribus vocatur *Εὐχή τῶν Πιστῶν*. Haec ex Suiceri Thesauro Ecclesiastico. Hac laude ornati Christiani in sepulcralibus titulis: ut supra: ΠΙCΤΟC ΕΚ ΠΙCΤΩΝ. *Fidelis ex Fidelibus*, nempe parentibus: & in adlato a me lapide: SOZOMENETI. ALVMNAE AVDIENTI. PATRONVS FIDELIS. uti haec etiam puellula. In aliis apud Cl. Boldetthium: FIDELIS IN CHRISTO. pag. 275. D. Paulus in Epist. ad Ephesios Cap. 1. Τοῖς ἁγίοις ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu*. In aliis titulis apud eundem: FIDELIS IN PACE pag. 392. & pag. 453.



CYRIACVS FIDILIS DECESSIT OCTO DIES  
MINVS. A. TRES, ANNVS III. KAL. MAR.

Hunc titulum ideo integrum protuli, ut de eius aetate, ut cernimus, adnotata in hoc lapide, non dubitemus: nec novum videatur trimam puellam, vel quadrimam, Fidelem nominari. S. Zosimus Papa, quo sedente obiit haec puella, ut in Libro Pontificali edito a Cl. Vignolio: *Praecepit, ut nullus Clericus poculum in publico propinaret, nisi tantum in cellis Fidelium, maxime Clericorum.*

ΞΑΝΘΙΚΟΤ. Singularis est in hoc lapide mensis Xanthici mentio, quem mensem Aprili Romanorum respondere Muratorius, & Fogginius indicant. Apud Asianos is fuit anni sextus mensis, cuius prima dies erat vicesima secunda mensis Februa-



bruarii, ea vero qua exibat, dies vicesima quarta Martii apud Romanos. De Asianorum anno eiusque mensibus consulendus est magnus Henricus Norisius, qui eius Diagramma exhibet in Dissertatione I. de Anno Macedonum pag. 18. Igitur dies decima huius mensis Xanthici, qua haec Christiana puella obiit in somno pacis, ex Norisio correspondet diei tertiae Martii Romanorum; secundae vero eiusdem mensis, si annus sit bissextilis: at ex curis viri doctissimi Iulii Pontederæ in antiquitatum Latinarum Graecarumque Enarrationibus & Emendationibus Epist. XXVIII. apud Macedones Xanthicus mensis respondet Aprili; sed observandum est hanc puellam ex patre Syro natam esse; adeoque stilo Syrorum crediderim annum & mensem numerari. Notandum quoque litteram Δ pro Θ; forte ratione pronuntiacionis, perperam sculptam a quadratario; adeoque ΞΑΝΔΙΚΟΥ, pro ΞΑΝΘΙΚΟΥ.

AVT. Ita quoque adnotatum nomen Augustorum in antiquis numismatis, quae vide in Musei Florentini Tom. IV. & V.

† Cum o super crus † positum raro occurrit. In alio lapide Christiano apud Gruterum, in quo Consules memorantur Honorius & Constantius (perperam scriptum est ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ) adnotatum est TO. Denique minime dubitandum quin scriptum sit ΟΝΟΠΡΟΥ ΑΥΤ. † Α. † siquidem manifeste adparet fabrile erratum; scribendum namque erat † ΑΙ. ΟΝΩΠΡΟΥ.



2. 3. 4. Praeter adlatum Graecum epitaphium, alia quoque scripta Graecis litteris, & quidem non pau-



pauca, fragmenta haec quae eruta sunt declarant. In 2. vides, ut in priore, forsitan notatum natale solum defuncti; nam occurrit κ°. In tertio adnotandum ☐ nempe *Tbeta* quadrata forma scriptum, ut in compluribus Athenarum vetustissimis numis a Cl. Haymio editis; adeoque quum subsecutis barbaris seculis servatum videamus priscum scripturae stylum; nil temere de aetate lapidum, cuius tempora non notantur, adfirmandum est. In quarto PIVS praedicatur defunctus.



5. Protulit hoc fragmentum Cl. Fogginius, cuius observationes non praetermittam. Porro (haec habet pag. 8.) *effossa sunt & alia multa tum Graecarum, tum Latinarum Inscriptionum fragmenta; sed fieri non posse, ut vel una integra inscriptio ex eis eruatur, diuturno labore & studio incassum insumpto, expertus sum. Inter fragmenta Graeca insignius visum est quod subiicio, ubi legitur sollemnis Christiana formula, quae & in Judaicis sepulchralibus titulis interdum occurrit: EN IPHNH. in pace. Quae sequuntur nescio num significant: in Christo Iesu; nam referunt c<sup>h</sup>is: quod aliis expendendum relinquo. Additur etiam arboris seu palmae ramusculus, & Crux, de quibus Christianorum symbolis plura apud Agiographos Bosium, Arringhium, Boldetthium, & Lupium.*

6. Consueta formula, initium inscriptionis Christianorum veterum: ENΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ: vel ΚΕΙΤΕ: ΚΕΙΤΑΙ. quae quidem in Latinis huius Coemeterii


rii titulis constanter redditur: HIC REQUIESCIT, seu HIC REQUIESCET. quia I & E alternant. Sequitur ε Z H. C ε N. *vixit*.

7. In hoc PAKONIA Christianae feminae, ut mihi videtur, nomen subluceat.

Latina veterum Christianorum epitaphia in eodem insigni Coemeterio effossa, haec sunt quae sequuntur, quorum primum par Consulium exhibet.

*Marmorea tabula in multa frusta diffracta, alta ped. Rom. II. unc. VI. lat. ped. I. unc. II. eruta eodem mense.*

8



8. Antequam Cl. Fogginius hunc lapidem describeret, ipse vidi, & accurate descripsi. In quarta linea L. F. secunda littera ampliore ductu transversam superne lineam ita extendit ƒ. Legi etiam ANNOS P M L. In septima, quum reperissem integrum fragmentum, legi ISIDORO ET SENATORE V V CC: neque deest punctum post CC CON: deinde paullo inferius se-

sequitur  $\text{D}$ . stilo quadratariorum consueto, qui sequioribus praesertim saeculis frequentius hoc parergon, quo etiam voces interpunxere, usurparunt. Haec igitur habet huiusmodi praeclara inscriptio: *Bonae Memoriae. Hic requiescit in pace Aquilia Paulina Laudabilis Femina, quae vixit annos plus minus sexaginta. Deposita die septimo Kalendas Octobres Cons. Isidoro & Senatore Viris Clarissimis Consularibus.* Supervacaneum est in septima linea CON $\text{D}$  quae nota Consules, qui sequuntur, indicat, quum post eorum nomina iterum repetatur CON, nempe CONS. vel etiam CONSS.: ita enim supplendum hoc marmor, exemplo aliorum Christianorum lapidum, hoc aevo exaratorum. In his, ut videre est apud Gudium, apud me in Donianis, & apud Fleetwoodum pag. 401. & 495. haec nota CONS, vel CONSS. interdum praemittitur Consulibus nominibus; interdum etiam sequitur. Quadratarius noster, quum in fine marmoris multum spatii, & locum superesse videret, eam notam CONS repetere voluit, ac praeterea addidit  $\text{D}$ . Notandae litterae  $\text{D}$  &  $\text{D}$  lineola proscissae, quae rarius in vetustis saxis occurrunt.

Flavius Anthemius *Isidorus*, & *Senator* Consules fuere anno post C. N. CCCCXXXVI. Apud Relandum in Fastis Consularibus altera inscriptio adfertur, in qua primus *Senator*, secundus *Isidorus* Consules recensentur: CC. SENATORE ET. ISIDORO. VV. CC. uterque Orientalis, ut de priori *Isidoro* liquet, de quo vide quae adnotantur a C. V. Mansio Baronii Editore & Illustratore perpetuis Notis in hunc annum, Tom. VII. novae Lucensis Edit. pag. 493. Ad eum Theodosius Iunior Imperator direxit Rescriptum de deportando Oasim Nestorio, deque eius libris comburendis, quod adfert Baronius: quod Rescriptum Theodosii in antiqua versione Concilii Ephesini Cap. 83. hunc titulum praefert: *Interpretatio Sanctionis scri-*



*ptae ad Isidorum gloriosissimum Praefectum Praetorio, & Consulem Ordinarium: quod hoc anno emissum est. In Fastis Idatianis Flavius Anthemius Isidorus adpellatur. Hic annus erat S. Syxti III. Papae quintus: & circa hoc tempus aliquot viri docti (inter quos primum tenet locum urbis nostrae, & Senatorii Ordinis immortale decus Philippus Bonarrotius, uti saepenumero ex eorum eruditis, quos conseruimus sermonibus, audiui) exstructum censent Florentinum Baptisterium, operum interna elegantia, musivis operibus, & tessellato pavimento, columnis praealtis, capitulisque auro fulgentibus, tribus etiam ianuis ex aere, caelaturis & anaglyphis operibus insignissimum, & nulli secundum: cuius Baptisterii, & Basilicae iamdiu in votis habeo proferre accuratam Historiam, insignibus refertam monumentis, quae nullis vigiliis ac laboribus parcens collegi; praesertim ex locupletissima Bibliotheca Illustr. Caroli Thomae Strotii, qui meis hisce studiis una cum eruditissimis filiis suis egregie favit. Florentiam Romanae magnificentiae aemulam fuisse compluribus documentis, ab eruditissimo Vincentio Borghinio adlatis, exploratum est. Hoc siquidem anno idem S. Syxtus III. Pontifex Maximus, uti ex Pontificali Libro discimus; *Fecit & fontem Baptisterii ad sanctam Mariam, & columnis porphyreticis exornavit. Hic constituit columnas in Baptisterio Basilicae Constantinianae, quae ex tempore Constantini Augusti fuerant congregatae, ex metallo porphyretico, numero VIII. quas erexit cum epistyllis suis, & versibus exornavit. — Fecit etiam in Ecclesia Sanctae Sabinae fontem ad Baptisterium.**

Huiusce laudabilis feminae Aquiliae Paulinae soror fuisse videtur Aquilia Valentina, quae ei praemortua est sex ante annis, & nominatur in sequenti titulo: *quae vixit annos plus minus quinquaginta*



su.



Supra quatuor, & dies octo & quinquaginta, deposita sub die decima octava Kalendas Decembris in pace. Frequentius in hisce Christianis titulis scriptum: HIC REQUIESCIT. In aliis plurimis apud Fabretum Cap. VIII. DORMIT IN PACE. & in adlata a me e Museo Bonarroto Par. I. pag. 220. num. 23. INTER DORMIENTES ZOHE. In altera apud Fabretum pag. 553. HIC REQUIESCIT IN SOMNO PACIS FLORA etc.

Marmor effossum in eodem Coemeterio die XVI. Maii eiusdem anni.

Ibidem erutum marmor, eadem die & anno alt. ped. Rom. II. lata circiter IV.



10. Irrepfit mendum in Fogginiana editione; nam perperam habet EL. MARTINA; quum marmor perspicue praeferat FL. MARTINA: hoc est *Flavia Martina*, quae fuit e *Flavia* familia. Ex eadem, supra memoratus est num. 2. *Flavius Romulianus*, & eius fratres. Notum satis superque est in vetustis

saxis alternare N. & M. quare nil mirum si in altero legitur XVIII. KAL. DECEMBRIS. in hoc vero VIII. KAL. DECEMB'.

11

B      ✝      M  
 IACET FVNDANI V S  
 O V I A N V S L E C  
 T O R Q V I V I X I T A N  
 N I S X C I M E N S . C I I I D X X  
 D E P I N P A C E P R I D N O N A  
 S I A N V A R /

R

12

H I C I A C E T B O N E  
 M E M O R I A E C A R T A  
 C O Q V E V I X I P M A V O  
 X X I I M A R I T V S E R P A  
 C O N I V C I D I L C I S S I M E  
 T I T V L V M P O S V I T , D E  
 P O S I T A

11. Defunt fracto marmore in dextro summo latere aliquot litterae, quae facile ita suppleuntur: *Bonae Memoriae Hic iacet Fundanius Iovianus Lector* etc. Effossus est hic titulus sub pavimento tribus fere ulnis, e regione Sacelli Nobb. Guidettiorum, v. Idus Martias anno MDCCXXXVI. stilo Florentino. Cl. Petrus Franciscus Fogginius in quinta huiusce lapidis linea MEN'S' C III. edidit. De Lectorum ordine, origine, institutione, & quantum temporis in eo insumerent, antequam ad alios adscenderent, erudite idem Fogginius disserit in sua Exercitatione pag. 9. 39. & sequentibus. Alia plura colligi possunt, praeter Bingamum, ex Du-Cangio, & Suicero. Lectorum munus fuit sacros Codices in Ecclesiasticis conventibus populo legere, & ea quae Prophetiae vaticinati sunt praenuntiare; item sacrorum Codicum servandorum curam gerere: ad quod munus primum provectae aetatis homines doctrina, moribus, & meritis spectantissimi sunt delecti; postmodum

im-



impuberes etiam admissi. Iamdudum multa in Christianos lapides in Adversariis habeo quae collegi, eo consilio, ut omnem Ecclesiasticam Hierarchiam, sacrosque Ministros, & Fideles in Ecclesia sancta Dei, lapidibus primis saeculis erutis, & in hac rem selectis, in quibus eorum fit mentio, itemque Sacramentorum, Observationibus aliquando, Deo dante, illustrem: adiecto Tractatu de rebus ad Religionem, & Ritus veterum Christianorum spectantibus de eorum antiquissimis picturis, sacrisque imaginibus: item de vestibis sacris, & communibus, de eorum donis, symbolis, & notis, quae in Christianis Sepulchris occurrunt. Interim insigne Diptychorum ex ebore cum sacrorum, tum profanorum Syntagma in promptu habeo ut prelo quamprimum committam: quapropter eruditos Antiquitatis cultores enixe rogo atque obsecro, ut si quae Diptycha latere alicubi sciant, nondum edita, mihi humanissime per litteras indicent, maximam apud omnes, & apud me gratiam inituri, quorum nomina debitis laudibus, grataque animi significatione non fraudabo.

12. Prima lapidis linea HIC IACET BON, ita scripta est apud Cl. Fogginium; sed revera E exigua quidem & minor reliquis characteribus non deest post BONE. In tertia etiam legi, & accurate in meis Schedis exscripsi, QVE VIXI (nam deest T vel I. superiacet linea, ut duarum litterarum vicem suppleat nempe I & T. VIXIT.) P. MAO deest N & S. *Vixit plus minus annos XXII.* Tum in Ethnicis, tum in Christianis saxis occurrit ea formula TITVLVM POSVIT; de qua alibi nonnulla adnotavi. Ob marmoris inferiorem fracturam desunt notae temporis, quo in pace obdormierit, & deposita fuerit Carthago, cuius maritus fuit *Erpa*: num *Epapbra*, ita scriptum ob difficilem prononciationem? Nihil dico de alter-

natio.



natione C & G, quae passim in vetustis inscriptio-  
nibus occurrit.



13. Cl. Fogginus quid singularia illa TR B significant non adnotavit. Sed minime dubitandum est exponenda esse *Tribunus Boluptatum*, nempe *Voluptatum*. Igitur sic interpretanda est: Fortasse in principio deest familiae nomen FL. *Flavius*, sive aliquid huiusmodi: *Hic + Maximinus Vir Clarissimus Tribunus Boluptatum (Voluptatum) requiescit in pace* (supple *Requiescit DP. DIE*) *Depositus die XV. Kalendas Iunias*. Sequitur Q, quod Fogginus praetermisit. Sexcenta occurrunt exempla in antiquis scriptis monumentis alternationis B & V. inter quas litteras in pronunciatione magna est adfinitas; quare licet hoc Tribuni munus, rarissimo plane exemplo, & forsitan singulari indicatum sit unica B. minime tamen dubito indicare Maximinum fuisse *Tribunum*

Vo-



*Voluptatum*, eoque in munere defunctum esse. Discimus etiam ex hoc lapide *Clarissimi Viri* titulum huiusce Tribunis *Voluptatum*, non secus ac Consulari dignitate, vel Praefectura sive Vrbi sive Praetorio fulgentibus viris, honoris causa tributum esse. Notum est ex Lib. xv. C. Th. l. 13. Tit. de Scaenic. Tribunorum *Voluptatum* manus fuisse curare ludos & spectacula ad hilarandos populos, quae veteres *voluptates* adpellabant, ut fufius adnotavi ad numum Gordiani Pii maximum in Tom. II. Numism. Musei Florentini Tab. LXI. num. II. pag. 118. Samuel Pitiscus v. *Tribunus*, eius fieri mentionem in singulari lapide adnotavit, quem adfert, sed mutilum, ac multis mendis corruptum: nec alterum similem reperies in universo Gruteriano Thesauro, & Reinesii Syntagmate. Eundem magis integrum habes a me editum in Donianis Inscriptionibus, Class. XX. num. 63. pag. 537. quem Donius vidit exscripsit.

FL. MAXIMO . V. C. CON  
CESSVM . LOCVM . PETRO  
ROME . ET . TRIBVNO . VOLVP  
ET . CONIVGI . EIVS . IOHANN  
PAPA HORMISDA ET TRANSM  
DVS PRAEPOSIT. BASC BEATI PE

Protulit hunc ipsum lapidem, & cum aliis, in quibus Liberti Caesarum Procuratores, & Scribae *voluptatum*, & servi a *rationibus voluptatum* recensentur, illustravit Cl. Eques Victorius in sua Dissertatione Glyptographica Cap. XIX. Memoratur etiam in Co-  
di-

dice Theodosiano Diogenianus *Voluptatum Tribunus*; cuius munus, uti videmus ad sequiora usque tempora viguit.

Huic sepulturae locum concessum, & coniugi eius ab Hormisda Papa in Basilica Beati Petri, perspicuum est. De eius munere dubitare videtur Paulus Aringhius, qui valde mancum adfert hunc titulum Lib. II. Cap. X. pag. 338. Romae Subterraneae. Sed, quod munus *Tribuni voluptatum* ad haec usque tempora duraverit, testis est hic alter titulus a nobis prolatus: non enim aliter eas notas V. C. TR B. quam *Vir Clarissimus Tribunus Voluptatum* seu *Voluptatum* explicari posse arbitror. Eximiam fuisse hanc dignitatem, existimationem splendoremque viris contulisse, constat ex Cassiodoro Variar. Lib. VII. 10. *Quapropter Tribunum te Voluptatum per illam iurisdictionem nostra facit electio; ut omnia sic agas, quemadmodum tibi vota civitatis adiungas: ne quod ad laetitiam constat inventum, tuis temporibus ad culpas videatur fuisse transmissum.* Igitur in pretio habendus & iste lapis Christianus, qui secundus est in serie eorum, qui *Tribuni Voluptatum* mentionem faciunt.

14. Sic interpretandus est hic titulus, licet in plura frustra fossorum incuria discissus, & in fine valde mutilus: *Bonae memoriae Hic iacet (iacet) Segetius, de Schola Gentilium, qui vixit annos triginta & octo. Depositus sexto Idus Februarias.* Sequitur vestigium unius litterae, & ut videatur, forsitan scriptum IN PACE: ex quibus colligimus Christianum hominem fuisse officio & dignitate in militia, seu Palatina Schola conspicuum. Siquidem SCHOLA dicebantur in universum ministeria Palatina Domus Augustae, quam Corippus festive describit Lib. III. de laudibus Iustini Imperatoris, ita exordio facto:

Or-

*Ornata est Augusta Domus, iussuque Regentis  
Acciti Proceres omnes, SCHOLAQUE Palatî est  
Iussa suis adstare locis.* —————

Corippus eos postmodum recenset, qui *Caesarienses*, *Agentes in rebus*, *togatae militiae*, & *Magistriani* dicebantur, quod Magistro Palatino, seu Officiorum Magistro parerent, erantque in certas diversorum graduum classes digesti. Hos erudite enumerat Gutherius de Officiis Domus Augustae Lib. III. Cap. X. Fuit & inter has classes *Schola Gentilium*, qui a Scutariis distinguebantur, qui in ordine Palatinorum militum praecipui erant. Christiana inscriptio adfertur in Gruteri Thesauro pag. MLII. II. quae lucem huic quoque nostrae adferre potest. Ea haec habet:

B · M · IN · PACE  
FLANIGGO · SCVTARIVS  
SCOLA · TERCIA · QVI  
VIX · ANN · L · M · XV  
MILITAVIT · ANN · VI  
COGNATVS · DVLCISSIMVS  
SORORIO · AMANTISSIMO

Hanc etiam profert, & illustrat Fabrettus Cap. III. num. 588. Vides in hac, ut in nostra, scriptum SCOLA, pro SCHOLA. Ex Ammiano Marcellino Lib. XVI. discimus, Gentiles per municipia distribui consuevisse ab Imperatoribus, quod facere non potuisse narrat Iulianum Augustum, quum apud Senonas oppidum tunc opportunum abcessisset, & curaret ut milites, qui a solitis desciverant praesidiis, reducerentur. Id ipsum munus obiisse credibile est Segetium, quum




quum in hac Florentinorum Colonia degeret, in qua, quum Christianis castris nomen dedisset, defunctus florenti & immatura aetate, in hoc Coemeterio cum Fidelibus sepultus est. Alterum virum dignitatis honore & muneribus praefulgentem, cui *clarissimi* titulus datus est, nobis indicat Paulinus Presbyter in vita S. Ambrosii, quam hortante S. Augustino scripsit. Nam memorans D. Ambrosium in Tusciam venisse invitatum a Florentinis, & Basilicam Florentiae aedificasse magna totius Plebis sanctae laetitia, atque exultatione: & Radagasio Florentiam obsidente, quum desperarent cives, cuidam per visum adparuisse, postero die salutem adfuturam promittentem, quam obtinere profligato Radagasio cum ingenti exercitu suo: scribit Ambrosium hospitatum esse *in domo Clarissimi quondam Viri DECENTIS, & quod est amplius Christiani*. Idem etiam Paulinus inter veteres Christianos Florentinos nominat *Pansophiam* Decentis uxorem, & *Pansophium* eorum filium. Pererudite hunc lapidem illustrat Celeb. Fogginius pag. 11. quem vide. Ceterum is notat Florentini hominis minime esse hanc inscriptionem, atque ex eo constare sibi adfirmat, quod sit militis DE SCOLA ( lege SCHOLA ) GENTILIVM. Verum minime compertum videtur utrum indigena fuerit, an peregrinae conditionis. Cave autem conicias, Segetium Ethnica labe infectum, quia dicitur de *Schola Gentilium*; nam, ut advertit prae laudatus Fogginius, *Schola Gentilium Seniorum* ( nam erat etiam *Iuniorum* ) dictum est Romanis Collegium militum ex Barbaris, qui aut ex foederatis erant, aut qui in leges Romanas ultro, vel deditioe transierant. Profecto Christo nomen dedisse Segetium, tituli huiusce formulae, in Christianorum sepulcris atque in his etiam adhibitae, non obscure declarant. Igitur in uno eodemque Coemeterio nullum, ut hodie fit, habitum

fu-





fuisse discrimen priscis saeculis Christianorum tum di-  
 vitum nobiliorumque, tum etiam tenuiorum, ani-  
 madvertimus.



15. Haud difficile totus suppleri potest hic titulus  
 Christianus: *Bonae Memoriae Hic Requiescit Martha*  
*quae vixit annis . . . . . deposita est Idibus Novem-*  
*bris . . . . .* Marmor, in quo hic titulus  
 scriptus est, quod notabam, album quidem est; sed  
 nigris maculis variegatum.

16. CIANV. Forsitan MARCIANVS. Tam male fra-  
 ctum est hoc marmor, ut defuncti, seu defunctae  
 nomen in priore linea vix erui possit. Occurrit in  
 Christianis saxis MARCIANO, & MARCIANI, apud Cl.  
 Boldetthium Observat. in Coemeter. SS. Martyrum  
 Lib. I. Cap. XIV. pag. 55. quare in altera linea  
 subspicor scriptum MARCIANVS.



V V 2


17. AN

17. ANNVS: hoc est: ANNOS. In vetustis faxis interdum FATVS MALVS pro *Fatum malum*, & alia huius generis complura exempla occurrunt.

18. RECES. . . . hoc est: RECESSIT. Ita etiam scriptum in Gruteriano lapide pag. MLIX. 7.

19. Magnam fragmentorum e marmore congeriem, in quibus litterae scriptae; sed ex his ne unum quidem integrum nomen expiscari potuimus. Duo ex his plures continere litteras vidimus, quae subiicio.

20



21



20. Exstat etiam fragmentum marmoris, in quo sculptura lineari unico ductu sculptum est vasculum utrinque ansatum, quod sarcophagi ornamentum fuisse subspecior. Effossum quoque vasculum cum operculo acuminato ex aere, quod ita claudit, ut aperiri facile possit.

21. Ceterum si quis accurate huius Basilicae ab antiquissima origine sua Historiam scribere voluerit magnam apud eruditos homines gratiam inibit. Locupletissimum exstat penes Sanctimoniales generis splendore & pietate conspicuas Christi Ancillas Charthophylacium, e quo etiam ad patriam Historiam illustrandam multa insignia monumenta eruere poterit. Honoribus, & privilegiis sane multis tum Basilicam, tum Monasterium ornavit non pauci Summi Ecclesiae Dei Pontifices, inter quos eminent Nicolaus II. antea Florentinae Ecclesiae Pontifex, qui vetustate conlabentem Basilicam & Monasterium a solo refecit, & extruxit, & Templum solemniter consecra-  
vit:

vit: cuius rei perenne exstat in marmorea tabula  
in eadem Ecclesia monumentum quod subiicio.

TEMPLVM HOC DEO ET B. FELICITATI DICATVM  
ET ANNIS IAM IOCC. ET VLTRA PERACTIS SACRIS HISCE  
VIRGINIBVS A ROM. PONT. DATVM NICOLAVS II.  
QVI EARVM MONASTERIVM FERE DESTRVCTVM DVM  
EPISCOPALI MVNERE IN FLORENTINA SEDE FVNGERETVR  
COOPTATO NOBILIVM SANCTIMONIALIVM COLLEGIVM  
REAEIFICANDVM VII. IDVS NOVEMBRIS. QVAE FVIT DIES  
DOMINICA POST FESTVM OMNIVM SANCTORVM  
SOLEMNITER CONSECRAVIT QVARVM RERVM MEMORIA  
NE PEREAT  
SANCTES ASSETTATIVS EIVSDEM TEMPLI PRIOR  
MONVMENTVM HOC PONENDVM CVRAVIT ANNO DOM. CIO. IO. G.

Hoc ipsum adfert de Ecclesiasticis Antiquita-  
tibus, deque Theologorum Florentinorum Colle-  
gio optime meritus, Cl. V. Lucas Ioseph Cerrac-  
chini in Chronolog. Sacr. Episcoporum & Archiep.  
Florentinorum pag. 49. quam nunc aliis monumen-  
tis illustrat, amplificat, & emendat, & ut quam-  
primum in lucem proferat, valde optamus. Nico-  
laus II. Florentiam adveniens anno MLIX. suaque  
implens maiestate, Basilicam hanc cum Monasterio  
a se exstructam memorata die consecravit, cuius rei  
monumenta Historiae Ecclesiasticae maximus parens  
Baronius adfert Annal. Ecclesiast. Tomo XI. ad hunc  
annum, & Ferdinandus Vghellius Ital. Sacr. Tom.  
III. illustrat. Huiusce dedicationis fit mentio in  
vetustissimo Calendario, quod vidi penes ipsas San-  
ctimoniales. Privilegiis Monasterium ornavit alii  
Pontifices Gregorius VII. anno MLXXVII. Callistus  
II. an-

II. anno MCXXIV. quae Innocentius III. an. MCCIX. confirmavit : ea etiam ab Alexandro IV. anno MCCLVII. a Martino IV. anno MCCLXXXIII. a Nicolao IV. anno MCCXC. ab Innocentio VII. anno MCCCXVIII. postmodum a Paulo V. anno MDCXV. & ab Urbano VIII. annis MDCXXIV. & MDCXXVI. aucta & confirmata legimus. Multa etiam beneficia, & decora contulerunt Florentinae Ecclesiae Antistites Reinerius an. MLXXVII. Franciscus an. MCCXCVIII. multaque donavit magnificentissima Beatrix Marchionissa Tusciae ; quae omnia, ut brevitati studeam, aliis illustranda relinquo. Exstant in eodem Chartophylacio aliquot pervetusti Codices, nempe duo *Biblia Sacra*, duo *Passionalia*, tria *Homiliaria* duo *Psalteria*, aliique Codices ad usum Chori pertinentes. In hoc Monasterio floruit, quae in osculo pacis in Domino obdormivit anno MCLXIII. B. Berta, ut fertur, e nobilissima Bardiorum prosapia. Tribunal Chori pervetustis olim picturis ornabatur, quae octo tabulis SS. Machabaeorum martyria exhibebant, quorum Officium proprium exstat in *Rationali divinorum Officiorum*, quod uti nota eidem adiecta testatur, scriptum est anno MCCCLXIV. Hae tabulae hominum ignorantia & iniuria deletae sunt anno MDXCVI. Sacrae porro Virgines antiquitus an. DCCCL. ex alio Parthenone contiguo, S. Mariae Magdalenae sacro; migrasse in hoc Monasterium feruntur. Basilicae huius vetustiores, quae mentionem faciunt tabulae, quae reperiri ad hoc tempus potuerint, sub Sichelmo Florentino Episcopo anno XCLXXIII. memorantur. Nonnulli censent antiquiora haec Virginum Monasteria sub Pelagio II. Pontifice Maximo coepisse, qui Florentiae Ecclesias aliquot consecravit, ac praesertim S. Mariam Maiorem, anno DLVI. quin ex eius epistola Decretali ad Episcopum Florentinum, antiquiorem Collegiorum sacrarum

Vir-



Virginum, Ancillarum Christi originem eruere non obscure possumus.

Me hortante, ut nulla futurorum saeculorum lae-  
be tam insignis ac venerandi Coemeterii deleteretur  
memoria, in ipsa Ecclesia honorifico in loco Chri-  
stiani lapides conlocati sunt, subiecta epigraphæ,  
quam scripsi, meis votis morem perhumaniter ge-  
rente eiusdem Ecclesiae, & Monasterii Praefecto vi-  
gilantissimo Ioanne Baptista Brunio.

Inter sacra Florentinorum Coemeteria princi-  
pem locum iure ac merito obtinet illud, quod S.  
Miniatis Martyris Florentini dicitur, in quo tum  
eius ossa, tum complurium Sanctorum, qui cum  
eo passi sunt, tumultata in Confessione eius insignis  
Basilicae in pace quiescunt. Lectorem pluribus non  
moror, quum sufficere ad id declarandum possit,  
monumentum quod subiicio.

VETVS PRISCORVM CHRISTIANORVM COEMETERIVM  
HOC IN LOCO SITVM  
IN QVO  
IVXTA ANTIQVAM ET FIDELIEM TRADITIONEM  
SVMORVM PONTIFICVM. FLORENTINORVM PRAESVLVM  
IMPERATORVM AC PRINCIPVM  
DIPLOMATIBVS CONFIRMATAM ATQVE ADSERTAM  
INNVMERABILIA PAENE SANCTORVM MARTYRVVM CORPORA  
OLIM TVMVLATA FVERE  
COSMI III. MAGNI ETRVRIAE DVCIS  
AD AVGENDAM FIDELIVM VENERATIONEM IVSSV RECOGNITVM  
IN EO LOCVLIS CINERIBVS AC OSSIBVS PLVRIBVS REPERTIS  
NONNVLLA EORVMDEM OSSIVM FRAGMENTA  
QVAE COLLIGI POTVERVNT  
IN PLVMBEA VRNA REPOSITA  
ET VNA CVM EFFOSSA HVMO IISDEM CINERIBVS COMMIXTA  
THOMAS EX COMITIBVS DE GHERARDESCA  
ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS  
HIC RVRSVS RECONDI MANDAVIT  
ANNO REPARATAE SALVTIS M D CC VIII.

Basi-

Basilica est valde magnifica, musivis picturis, marmoreis columnis, Choro marmoreo, undique moeniis elegantissimis miroque opere exstructis cincto, cum ambone ornatissimo, marmoreis itidem columnis subfulto, & caelaturis undique exsculpto. Frons templi cum gradibus splendida & magnifica est: pavementum miro opere tessellato stratum: tota autem Basilica insignibus ubique monumentis adeo referta est, ac celebris, ut luculenta Historia aliquando, ut spero, favente Deo, illustrari a me possit. De passione S. Miniatis Martyris Florentini, & Sociorum eius, fusius agendum, deque eius cultu, celebritate, divinisque officiis: cuius Lectiones primus erui e vetustissimo Codice Bibliothecae Strotiae, &, ut publici iuris fierent, cum P. Orlandio Viro Clarissimo communicavi, qui edidit Par. II. Vol. II. Lib. III. Cap. XXXIV. pag. 1142. Orbis Sacri & Profani.

Basilicam hanc plane magnificentissimam Ildebrandus Episcopus Florentinus, de quo supra dictum est, adiutus praesidio & favore S. Henrici Imperatoris, & Conegundae coniugis eius, anno MXIII. aedificandam curavit, & dedicavit, multisque donis locupletavit, quod Tabulae ab Vghellio V. C. editae Tom. III. Italiae Sacrae, testantur. Divina officia in ea primum persolverunt Monachi Cluniacenses; postmodum pietati Monachorum Montis Oliveti assignata est, honoris causa additis a Florentina Republica eidem Basilicae & Monasterio Defensoribus & Conservatoribus, Consulibus Universitatis Artis Callismalae. In hac ipsa Basilica sanctitatis suae splendidissimum tirocinium auspiciatus est Ioannes, Gualberti filius, cui, quod hosti interfectori Vgonis unici fratris sui vitam clementer donasset, Feria VI. in Parasceve, quum in angustiis & aditu montis, qua iter est ad hanc Basilicam

S. Mi-

S. Minlatis, interficere posset, Crucifixi imago caput eis flexit: quod miraculum ita expositum invenio in vetusto Codice manu conscripto, qui existat penes Excellent. Virum Octavium Vignaliū, Florentini Archiepiscopalis Tabularii Praefectum, cuius Auctor, mox nominandus, rem notatu dignam memorat, ab aliis Scriptoribus non tam accurate scriptam, quam doctis viris expendendam propono. Haec sunt eius verba, pag. 34. a tergo: *Il qual San Giovanni di Messere Alberto (b. e. Ioannis Gualberti filius) sendogli stato morto un suo fratello, e sua adversari istavano armati per grande paura. Essendo Santo Giovanni isulla chosta di Santo Miniato, presso alla Ciptà di Firenze, trovoe il suo nimicho in uno andito in tal modo, che non si poteva fugire. Gittossi a piedi di Santo Giovanni: ismontò da cbavallo, e rizzòlo, dicendo vieni mecho: e menollo nella Chiesia di Santo Miniato a Monte, e dinanzi al Crocifixo l'offerse, dicendo: Signore, chostui per tua parte mi chiede perdono, ed io non te lo posso, ne debo negbare, e atte io l'offerò, e donotelo, e perdonogli. Allora il Crocifixo, era di lengname inchatenato al muro, si spicò, e la chatena, e tutto si cbinoe per insino al chapo di Govanni, e del suo nimico, a dimostrare, che sommamente l'avea in piacere, e dipoi il Crocifixo ritornò nel luogo suo. Il qual Crocifixo è nel mezzo della Chiesia al primo Altare in Samminiato, ricamente adornato. Mostrasi alcbuna volta in feste solenne, e anchora la testa, o vo dire orliqua di Santo Govanni di Messere Alberto, è alla Badia di Valembrosa ricamente fornita di ariento, e ismaltato etc. Codex a me visus continet memorabilia Ecclesiarum, aliorumque monumentorum, quae Florentiae, vivente eodem Auctore, spectabantur. Ea rudi stilo, ut saeculum XV. ferebat, descripsit Marcus Rustichius, Bartholomaei filius, Aurifex Florentinus, qui in Arte sua descriptus legitur, ex Re-*



gesto adseruato in regio Archivo. Porro venerabilis eiusdem Crucifixi Imago in Ecclesiam S. Trinitatis Monachorum Vallisumbrosae solemnī pompa Florentiam translata, ibidem nunc adoratur, & quotannis Feria sexta in Parasceve, Christi fidelibus honorificentissimo cultu ostenditur.

In hac Basilica S. Miniatis Martyris *Sanctorum Corpora novem quiescere* memorantur in Charta donationis Grasulphi Episcopi Florentini, anno DCCCXCIX: quam adfert Vghellius Ital. Sacr. Tom. III. pag. 27. adeoque ea in priore Basilica exstant, ante quam Ildebrandus hanc, quam hodie cernimus, aedificaret, dedicaretque. De recognitione Corporum S. Miniatis, & Sociorum eius Martyrum, quae contigit regnante Cosmo III. Magno Duce Etruriae, sedente Thoma ex Comitibus de Gherardesca Archiepiscopo Florentino, meminit Cl. V. Marcus Antonius Boldetthius Observat. in Sacra Martyrum Coemeteria Lib. I. Cap. XXXIII. pag. 167.

Veterum Patrum, monumentorumque traditione alterum religione venerandum Coemeterium primorum Christi Fidelium existisse accepimus apud Basilicam S. Laurentii, prisco aevo extra urbis Florentiae moenia sitam, in quo conditum fuisse perhibent Corpus S. Zenobii Episcopi Florentini; quem ad Dominum migrasse non multo ante annum, CCCCXXIX. non inepte, ac sine ratione sibi persuadent celeberrimi Agiographi Bollandistae; ex eo etiam quod Paulinus Presbyter, a nobis superius laudatus, qui vitam S. Ambrosii scripsisse memoratur, anno CCCCXII. perspicue narret, quod hoc ipso tempore adhuc viveret S. Zenobius: quae omnia accurate expendens famigeratissimus Florentinus Polhystor Ioannes Lamius in Par. II. sui Hodoeporici, pag. 525. & 535. acerrime damnat inscriptionem in-



cifam in columna, quae posita est, & ad hoc tempus erecta cernitur in platea Baptistarii S. Ioannis, in qua narratur S. Zenobii Corpus e Basilica Ambrosiana in maiorem Basilicam translatum fuisse ANNO CCCCVIII. DIE XXVI. IANVARIII. *tempore Imperatorum Arcadii & Honorii, anno VI. fer. V.* quae manifeste errores non paucos continet. Historica quidem narratio, & Translatio sacrorum Pignorum vera est; sed animadvertendum est, hanc ipsam, quam hodie cernimus marmoream columnam, cui imposita Crux est, & Translatio Corporis Sancti Antistitis Zenobii pessimis litteris, Gothico more scriptis, adnotatur, eoque loci conlocata in memoriam dicitur, in quo arida arbor tacta a feretro Corporis Divi Zenobii hieme reluctante, Ianuario mense, in frondes ac flores erupit, non illam ipsam esse, quae tunc primum posita fuit; verum alteram, quam saeculo XIV. iterum, priore conlapsa, erectam fuisse mihi constat ex monumentis, quae adservantur in Tabulario Collegii Consulum Artis Callismalae, seu Florentinorum, ut aiunt, Mercatorum, quorum excerpta vidi in celeberrima Bibliotheca Strozia, V. C. Senatoris Caroli Strotii, qui Antiquitatum Parens merito dictus est, manu exarata. Namque in his memoriae proditum in festis, quae maxima iamtum exterorum hominum frequentia Florentiae fiebant in diebus Nativitati S. Ioannis Baptistae proximis, quum vela undique circa Templum & Baptistarium eius ornatissima ad arcendum aestum longe lateque expanderentur, funesque quibus sustentabantur, ad illam etiam marmoream columnam circumligati essent, repente turbato caelo, exortoque ventorum furentium terrifico turbine, eam ad terram corruisse, idque contigisse anno MCCCXXXIV. Complures columnas primum in porticu Basilicae Baptistarii positas, vetera eadem monumenta memorant. Altera adsi-

milis fuit, quam primum positam fuisse memorato  
 in loco, in platea nempe Baptisterii, atque in ea  
 ipsa adnotatum fuisse tempus Translationis Corpo-  
 ris B. Zenobii constat, & miraculum quod contigit:  
 quae postea, ut diximus, quassata, & dimota e sua  
 sede, furente turbine, corruit: aliae vero quatuor  
 persimiles columnae tribunal subfulciunt musivo ope-  
 re pictum in eadem Basilica S. Ioannis: altera ex  
 iisdem columnis substituta est in locum columnae ve-  
 tustioris, in qua iterum, ut ea ferebant tempora,  
 barbara quidem, scriptam rursus cernimus memo-  
 riam eiusdem celebris Translationis Corporis S. Ze-  
 nobii e Basilica S. Laurentii in Maiorem Ecclesiam,  
 sed cum mendis, & satis incuriose; quum eius tem-  
 poris homines magis cuperent exstare memoriam pa-  
 trati miraculi, quam tempus sine mendis adno-  
 tatum. Effractae illius columnae fragmenta in va-  
 rios usus transiere; alterum praegrande fragmentum  
 dissectum, ut abacos conficeret, e suburbana sua  
 villa, in qua inter varia Antiquitatis monumenta  
 collocarat praelaudatus Senator Carolus Strotius,  
 Florentiam nuper advehendum curavit, eius nepos  
 Carolus Thomas Strotius, a me frequenter laudatus,  
 in cuius aedibus, si qui sunt qui cupiant, videre  
 possunt. Si huius marmoris fragmenta dissecta con-  
 ferantur, columnam, quae ad hoc tempus cernitur  
 in platea Baptisterii, optime cum iisdem convenire,  
 omninoque similem cum vetustiore esse reperiemus.  
 Siquidem marmor est mire variegatum, undis quo-  
 dammodo striisque rectis obliquisque, non sine vo-  
 luptate spectandis, distinctum. Haec quae ex anti-  
 quis tabulis memoravi, quum nota non essent Cl.  
 Ioanni Lamio, nil mirum si huiusce columnae in-  
 scriptionem improbavit, nec proxime saeculo v. scri-  
 ptam esse censuit, & minime sinceram esse, quo ad  
 ipsam scribendi formam, & menda adfirmavit, quum  
 ip-

ipsam esse vetustissimam quosdam credere, quibus etiam haec quae adnotavi incomperta, animadverteret. Sed de his, Deo dante, alibi fusius.

Basilicam Ambrosianam veteres nostri Florentini Scriptores ex eo dictam narrant, quod S. Ambrosius, quum Florentiam advenisset, & S. Zenobium convenisset, eam Divo Laurentio Martyri consecrarit. In eo etiam Sermonem, cui titulus (forsitan non genuinus) *Exhortatio ad Virgines*, habuit, quod adstruit vir Cl. Vincentius Borghinius in Libro de Ecclesia, & Episcopis Florentinis pag. 363. In eo sermone laudat S. Ambrosius *Iulianam* sanctam ac piam feminam, quae Domino Templum paravit atque obtulit, quod ex eius nomine, propterea quod dedicaverit, & Reliquias SS. Vitalis & Agricolae, MM. quas Bononia secum adtulit, condiderit, Ambrosiana etiam nunc adpellatur. Probabile est hanc Iulianam in hoc Coemeterio tumulatam fuisse, & ad eam pertinere antiquum titulum, ex eodem Coemeterio erutum, & Senatori Philippo Bonarroto dono datum, in cuius Museo adservatur, cum hac epigraphe: ✠. *Hic requiescit in pace Ancilla Dei IULIANA, quae vixit . . . . . & . . . . . quem a me editum vide in Parte I. huius Operis pag. 220. n. 22. eundemque a me acceptum, iterum in lucem protulere Viri Clar. F. Franciscus Orlandus in Par. II. Lib. III. Cap. XXXVIII. pag. 1266. Orbis Sacri & Profani, & Petrus Franciscus Fogginius pag. 4. praelaudatae Exercitationis. Hanc sanctissimam feminam Iulianam Florentinis tribuit magnus Annalium Ecclesiae parens Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium, VII. Idus Februarias, nec Bononiensibus abscribit; quamvis aliqui Bononienses Scriptores suam esse scripserint: *Bononiae, Sanctae Iulianae Viduae: De eadem Tabulae Ecclesiae Bononiensis. Iulianam Viduam laudibus cumulat Sanctus Ambro-**



*brofius in Exhortatione ad Virgines ; sed illa , ut adparet , Florentiae nobiliffima Femina claruit , quae erexit illic illuftrem Basilicam , quam Sanctus Ambrofius dedicavit , locupletavitque Sacris Reliquiis Sancti Agricolae Martyris , quas Bononia fecum detulerat . Iulianam a D. Ambrosio laudatam , Florentinam effe , non Bononienfem , apertiffime docet in eruditiffimo Opere fuo Adnotationum in Fefta Domini- ca , & S. Mariae Virginis iuxta ordinem Kalendarii Romani Par. III. Tit. XXXIV. & feqq. Eminentiffimus LAMBERTINIVS , Archiepifcopus Bononienfis , nunc Sapientiffimus Ecclefiae Catholicae Summus Pontifex BENEDICTVS XIV. , omni laude maior , fcriptis , rerumque praeclare geftarum gloria immortalitate digniffimus . De hac Iuliana fufius etiam Borghinius de Epifcopis Florentinis Tom. II. pag. 375. Cosmus Valerius Zanius Bononienfis in Vita S. Petronii Part. II. pag. 96. item Pellicionius in Vita S. Iulianae Bononienfis Lib. I. Cap. VII. & Silvanus Razius in Vitis Sanctorum Florentinorum ; qui omnes S. Iulianam Bononienfem ab Iuliana Florentina Vidua diverfam effe fatis fuperque adffruunt , ac teftantur .*

Extra Urbis Florentiae moenia alia fuiffe veterum Chriftianorum Coemeteria fubfpicari facile poffumus , non tamen certis rationum momentis probare . Duos adferre lubet antiquos lapides , quos fua aetate vidit , & exfcripfit V. C. Senator Carolus Strotius , quos habet Codex XII. pag. 197. eius Bibliothecae , & adfert praelaudatus Cl. Fogginius in fingulari Exercitatione *de Primis Florentinorum Apoftolis* pag. 5. Ita fe habent :

22 HIC REQUIESCIT FELICITAS QVAE VIXIT MEN... DIES...



23

..... C E .....
..... I N S V A .....
Q V I V I X I T .....
..... L X I I . D . P .....
..... A L M A I .....
..... S X .....

23. Eruti sunt, & exstabant in Aede S. Pauli, antiquitus extra moenia Urbis Florentiae sita, nunc intra urbem, quam Coenobitae Carmelitae Excalceati, ut aiunt, nunc obtinent. Hoc loci Coemeterium priscorum Christi Fidelium fuisse adlatae inscriptiones suadent, in quibus, quae primoribus saeculis in usu erant formulae Christianorum titulorum, adhibentur; nempe HIC REQUIESCIT. & in altera CE. nempe IN PACE. mox DP. hoc est DEPOSITVS AL MAI. id est KAL MAIAS.


Interdum ea formula DP repetitur in Christianis titulis, & scribitur DPS, ut in sequenti, paucis ab hinc annis Romae effosso e quodam Coemeterio, quem lubenter profero, quod nondum lucem adspexerit.

DPS CYRILLES QVAE VIXIT
ANN XX DIES V QVE FECIT
CVM VIRG SVO ANN V
ET MESES VIII DIES VIII
DPS VII IDVS AVG . IN PACE

Si quis etiam suspicetur Christianum esse lapidem hunc, qui sequitur, quod nec Cl. Foggino im-

improbabile videtur pag. 6. conicere etiam licebit Christianorum antiquorum Coemeterium exstitisse, propter Aedes S. Felicis ad pontem Emae, quam Ecclesiam summo in honore semper fuisse, ex prisca Tabulis saeculo XIV. exaratis, colligo, in quibus Canonicos in ea divina Officia persolvisse compertum est. Hunc titulum invenit III. Eid. Quintiles, anno MDCCXXXVI. V. C. Iosephus Maria Brocchius, editis ingenii monumentis, ac praesertim Vitis Sanctorum & Beatorum Hominum Florentinorum de Urbis nostrae gloria & splendore optime meritus, quem in suis Urbanis Hortis, ne periret, nuper cum aliis conlocavit. Ita igitur rudi saeculo scriptus cernitur, quo nova veteris stili exarandarum litterarum documenta indicari possunt, quod fecit Cl. V. Fogginius, qui & alia erudite adnotat.

24



24. Primaevae Florentinorum Christianorum pietatis alia etiam exstant insignia monumenta, nempe Sepulchra Sanctorum Christi Martyrum Crescii, & Sociorum eius; item SS. Pamphilae & Carbonis, alio-

aliorumque Sociorum, qui Decio imperante, passi sunt in Valle Cava regionis Mugelli: quo in loco in memoriam eorundem Sanctorum Martyrum, ac super eorum Sepulchra condita est Basilica vetustate, & priscis monumentis insignissima; de qua luculenter, & de eorundem Martyrum passione differuit Marcus Antonius Mozzius Canonicus Florentinus, vir eruditione & ingenio excultissimus, ac nemini secundus. Nihil de hoc vetustissimo Coemeterio, deque *Martyrum Monte*, non longe a Valle Grevis fluvii sito, quo in loco passos esse complures Christi Fideles, Patrum traditione accepimus, & in loculis sub altari Ecclesiae S. Iusti, quae in vertice praealti montis dedicata est in memoriam eorundem *Iustorum*, reperta fuisse SS. Martyrum Lipsana, editis tabulis, docet F. Franciscus Orlandus Ord. Praedicat. Magister, & in Pisano Athenaeo Theologicorum Dogmatum Professor, Orbis Sacri & Profani Par. II. Lib. III. Cap. XXXIX. pag. 1303. ad quem Lectores, brevitati studens, mitto.

Haec operae pretium me facturum arbitrabar, si ex priscis sinceris Tabulis, seu Diptychis protulissem nomina Sanctorum Florentinorum, quae in Basilicis cum urbanis, tum suburbanis honorifice condita, pio cultu venerantur. Quod ut ordine perficerem, in mentem venerat vetustiora proferre Florentina Martyrologia, & Rituale antiquissimum, seu potius Rationale Divinorum Officiorum ex Codice membranaceo, quod adservatur in Tabulario & Bibliotheca Aedilium Metropolitanae Ecclesiae Florentinae; sed hoc ipso tempore multis aliis distractus curis, & lucubrationibus, quum haec summo digito pertractare nefas duxerim, in aliud tempus hanc curam reiicere satius duxi; eademque occasione memorare, quae & quot Sanctorum Martyrum Corpora, e priscis Romae Coemeteriis Flo-

rentiam translata, in Ecclesiis cum urbanis, tum suburbanis in pace Christi quiescant. Eadem occasione adferam etiam antiquiora Christianorum Florentinorum monumenta, sacras imagines, picturas, dipthycha, & thecas inscriptione ornatas, in quibus Sanctorum Lipsana adservantur. Alios complures, qui Florentiae existant, SS. Martyrum, vel Sanctorum Christi Fidelium titulos, paullo superius editos, habes in hoc ipso Opere, & quibus in locis a me adferuntur, facile colliges, amice Lector, ex Indice Christianorum, quem in fine huius Voluminis III. Inscriptionum subiiciam. Non enim vacat editos iam titulos Christianos heic rursus repetere; sed nondum in lucem editos proferre, & hos primum, qui in domesticis Oratoriis, sive Sacellis Nobilissimorum Procerum Florentinorum una cum eorundem SS. Martyrum sacris Pignoribus, nempe integro Corpore, cum vasculis eorum sanguine rubentibus, adservantur.

*In Oratorio domestico Excellentissimae Domus Marchionum Rinucciniorum.*



V I V I A N A \*

25. Oratorium domesticum Excellentissimi D. Caroli Rinuccinii, Marchionis Baselicæ, Viri supra omnem laudem prudentia, integritate, consiliis Praestantissimi, nobilissimum est, decem Sanctorum Martyrum Corporibus prae ceteris locupletissimum. Eaeducta fuere e Coemeterio Cyriacæ, & ab Alexandro VII. Pontifice Maximo dono data Amplissimo Viro Marchioni Carolo Rinuccinio, iubente Ferdinando II. Magno Etruriae Duce, ad eum Ablegato, eiusque pientissimæ uxori Lucretiæ Marchio-



chioniffae Riccardiae, quae SS. Martyrum Romana Coemeteria frequenter adire, & sacra Pignora venerari, suas esse delicias identidem adfirmabat. Vna cum Corpore S. Vivianae Martyris sub altari quiescunt quinque eius filii Martyres, quorum unus postquam pro Christo ea martyrium subiit, ex utero eius praegnante educus est, qui cum reliquis fratribus, & matre ibidem honorifice conditi conquiescunt, repertis in eodem Coemeterio eorum vasculis glorioso sanguine refertis.

*Ibidem, in marmoreis duobus titulis.*

26



CELASIA \*

27

PROIECTI



*Ibidem, in tegula.*

28



VALERI

*Ibidem, in tegula.*

29

VICTORINI



26. CELASIA. Hoc est GELASIA. Nemo est qui nesciat C pro G scriptum in antiquis monumentis, & frequenter has litteras alternare.

In Oratorio Villae eiusdem Excellentiss. D. Marchionis Rinuccinii, *alle Corti*, sub ara iacet Corpus S. Feliciani Martyris, & in altero Oratorio, Villae in Valle Arni, Corpora Sanctae Columbae, & S. Fortunati Martyrum. Urbanum memora-

tum Sacellum nobilitatur pretiosa suppellectile, & picturis elegantissimis Bernardini Poccettii.

*In domestico Oratorio Excellentissimi Viri D. Senatoris Caroli Ginorii, Francisci III. Magni Ducis Etruriae a sanctioribus Consiliis, Marchionis Riparbellae, Caecinae etc.*

30

BENEROSA ☉ AÆ  
 QVAE ☽ VIXIT \* AN \* XXV  
 D → II

30. Hoc est *Benerosa*, lege *Venerosa* (supple in) *pace, quae vixit annis vigintiquinque, diebus duobus.* Et in hoc titulo vides ☽ lineola intersectum. Corpus Sanctae *Venerosae* Martyris effossum est, & translatum e Coemeterio S. Priscillae.

*In domestico Oratorio Nobilissimi Viri Ioannis Giraldui, ex Equestri Ordine D. Stephani.*

31




31. Corpus hoc S. Romani Martyris constat ex authenticis litteris, quae in eodem Oratorio adseruantur, datis die VI. mensis Decembris, anno MDCLXVIII.

edu-

eductum fuisse e Coemeterio Cyriacae per R. P. Simonem Cattaneum, & a R. P. Fabio Albergato Soc. Iesu Presbytero curam agente, donatum Amplissimo Viro Ioanni Giraldo. Pone caput eiusdem Martyris conditum spectatur vasculum, quo eius sanguinem collegere Christi Fideles. Notanda sunt veterum Christianorum symbola in eodem lapide sculpta, malleus, martyrii instrumentum, anchora, delphinus, columba expansis alis insitens ramusculo, & bothrus, ut videtur, uvae.

In Suburbano Oratorio Amplissimi Senatoris Nerei Dragomannii Patri-  
cii Flor. tertio fere ab urbe lapide, prope regium Rus Castellum.

32



32. In hoc pulcherrimo lapide marmoreo, praeter characteres eorumque formam, qui, ut nostri Scriptores vocant, *curfivos* perbelle imitantur, adnotare lubet instrumenta martyriorum, cultrum nempe, & ferram, utrimque ansis & manubriis ad secandum aptis instructam, in eo sculpta, quae fuso pro Christo sanguine suo, fortiter toleravit egregius Christi Athleta *Gaius Leonti Alumnus*, in pace, qui annis vixit quindecim, menses duos, dies quinque.

Pro-

Prope topiarium, umbrosumque nemus, inter ceteras delicias Villae Nobilium Dragomanniorum, vidi ingentem marmoreum Sarcophagum, antiquo anaglypho opere sculptum, exhibens Meleagri venationem, aprum interficere certantibus eius sociis. Huic alterum marmoreum Sarcophagum admodum simile, ornatum emblemate Meleagri, in venatione apri Chalydonii cum sociis suis certantis, spectatur Florentiae, insertum muro exteriori Collegii sive Sodalitii S. Zenobii Episcopi Florentini, non longe a sacra insignissima Turri Metropolitanae Ecclesiae.

*In Maiori Ara Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli ad Pontem  
Sevis fluvi, ab urbe Florentia lapide fere X.*

33



S V S A N N A \* Q M


33. Corpus S. Susannae Martyris translatum est e Coemeterio Priscillae, & huius loci incolis donatum ab Alexandro VII. Summo Pontifice, rogante praeaudato viro Marchione Carolo Rinuccinio ad eum A legato, qui familiari suo Philippo Predellino ad patrii soli tutelam & decus concessit. Prope eiusdem S. Susannae Martyris Corpus adfervatur vas vitreum cum sanguine, & fictilis lucerna, in eius sepulcro reperta. R. P. Andreas Marthius, eidem Ecclesiae Praepositus, ostendit mihi manu conscriptam Historiam Translationis sacri huiusce Pignoris, rudi stilo exaratam, in qua mirabilis Dei in Sanctis suis coruscat misericordia, quam elegantius concinnatam hortatus sum, ut ad augendam cum incolarum, tum finitimorum populorum pietatem, qui quotannis ad festivam huius Sanctae Mar-



Martyris Oſtentionem magna cum frequentia confluunt, typis mandaret. Redibam tunc e Porciniano rure, humaniſſimo hoſpitiſ exceptus in Villa DD. Sarchiorum, in quo mecum faciliores Muſae quotannis ruſtlicantur: nam illic ſumma fruens animi quiete, & tranquillitate, & ſaluberrimo aëre, locique deliciis, & amoenitate, eas lucubrationes parare ſoleo, quae paucis, vel nullis cum libris abſolvi poſſunt; nempe dedicatorias Epistoſas, Praefationes, Rerum memorabilium, quae in editis a me libris occurrunt, Indices: quos improbos Indicium labores hoc ipſo anno MDCCXLII. in eadem Villa ſuperavi, abſolutis Autumnalibus otiis Indicibus, quos in fine huius Voluminis vides, & iis etiam Indicibus, qui tribus Tomis Muſei Florentini, Numiſmata Medicea ex aere maximo completentibus, ſubiiciuntur. Pereruditus illic fruor ſermonibus Excellentiſſimi I. V. D. Abbatis Ioannis Franciſci Sarchii: venationibus mirifice recreor Antonii Philippi eius fratris, cuius coniugi Liviae Fortunatae Pieriae, feminae virtutis honeſtatiſque ſpectatiſſimae, quod adſueta frequenti optimorum librorum lectioni, & Muſis mirum in modum dedita ſit, atque ex tempore Carmina Etruſca & Poematia fundat elegantiae plena, multum ſtudia mea debent. Neque alia deſunt honeſta animi relaxamenta, ſi adeam Nobilis Viri Ioannis Baptiſtae de Bargigliſ huic proximam Villam, in qua praefide, ac moderatrice Eleonora Pieria, eius lectiſſima coniuge, Liviae Fortunatae Sarchiae ſorore, egregiae indolis eorum filii aliquod identidem eruditionis ſpecimen edunt, vel modulando, vel canendo, vel Comoedias recitando; praefertim hoc anno, quo *Cyrum* ſummi Vatis Petri Metaſtaſii, amici mei optimi, egregia cum laude & ſpectatorum plauſu Drama, & rure, & in urbe exhibuere.

Mar-

Marmor, prope Anglarium inventum hoc anno MDCCXLII.  
exstat in meo Museo.



